

A mis animalibus tribuitur; ea etiam de cana Angues caduceo complicitari putamus, quod ostendere voluerint, & calliditatem, & prudentiam necessarias eloquentia, quae per virgam significatur; quippe qui regat dicitis animos. Neque desunt, qui virgam auream Mercurii manibus à qua Deus ipse *Zeus oppidis* appellatur, dignitatis & excellentiae, quae illum ornant, qui & scitè, & opportunè norit orationem contexere, signum esse, contendunt. *Pier. Val. l. 16.*

Sapientiores Sirenas pro Hieroglyphico eloquentiae, felicissimaeque persuadendi vi, potuerunt. Unde dictum illud de Catone Grammatico: *Cato Grammaticus, Latina Siren. Idem. l. 20.*

Per effigiem *Pfitaci* loquentem hominem, qualem se negat Tullius reperisse, significant: cum nullum ex animalibus rationis expertibus, articulatis humanas explicet voces: id quod idè praestat, quod linguam habeat latiore carnosioreque, & humanae propemodum similem. *Idem lib. 23.*

Suavem eloquentiam per Hieroglyphicum *Apis* significari, sunt nonnulli qui afferunt. *Idem. l. 26.*

B Herculeum Gallinqua gentis vernacula Ogygium vocant. Porro Deum ipsum nova quadam atque insitata figura depingunt: Senex apud illos est, ad extremum usque occipitium recalcans: reliquis capillis, si qui sunt, canis: cute rugosa, & in aeternum exulta colore, cuiusmodi sunt naturae isti finis: Charontem potius, aut Japetum quempiam ex iis, qui apud inferos versantur, diceret: in summa quidvis potius, quam Herculeum esse, coniecres ex imagine: atque tali specie cum sit, tamen Hercules ornatum gerit, ut qui tum leonem exuvium indutus sit, tum clavam dextra teneat, tum pharetram humeris aptatam portet, tum arcum laeva praetendat: denique modis omnibus Hercules est. Haec equidem arbitrabar in Graecanicorum Deorum contumeliam perpetrare facere Gallos, cum eam ejusmodi fingerent effigie, quo nimirum illum talibus picturis ulciscerentur, quod olim in regionem ipsorum incurtisset, praedas agens id temporis, cum Geryonis armenta veltigans, occidentaliunt gentium plerasque regiones pervaltaret. At nondum etiam dixi id quod erat in imagine maxime novum atque mirandum: siquidem Hercules ille senex ingentem admodum hominum multitudinem trahit, omnibus ab aure revinctis. Porro, vincula, catenulae tenues atque electroque connectae, pulcherrimis istis monilibus affimiles: atque cum vinculis usque adè fragilibus ducantur, tamen neque de fugiendo cogitant, cum alioquin commodè possint, neque prorsus obnuntur, aut pedibus adversus trahentem obstrudunt, sese respiciant: verum alacres, ac levi sequuntur ducentem, admirantes, ultro festinantes omnes, & laxatis vinculis, etiam antevertere studentes, perinde quasi graviter laetari, si solverentur vinculis. Nec illud quidem pigre referre, quod mihi videbatur omnium absurdissimum: Etenim cum non inveniret pictor, unde catenularum summam ansam neceret, videlicet dextra jam clavam, laeva arcum tenente, summam Dei linguam pertrebravit, atque ex hac religans catenulis eos trahi fecit: ipse nimirum ad eos, qui ducebantur, vultum ac oculos convertèbat aridens. Haec ego cum diutius adsistens, essem contemplatus, admirans, haesitans: indignans Gallus quispiam, qui propius astant, nostram literarum non indoctus, id quod pictura annuebat declaravit, quum Graecanicam linguam absoluta sonaret. Philosophus opinor, ex eo genere Philosophorum, quod apud illos esse fertur. Ego tibi holpes, inquit, picturae illius enigma explicabo: nam videris vehementer ad eam attonitus ac stupèctus. Orationem nos Galli nequaquam arbitramur esse Mercurii, quemadmodum vos Graeci; verum Herculi illam tribuimus, propterea quod hic Mercurio longè robustior extiterit. Quod senex fingitur, nihil mirere: siquidem una facultas dicendi, vel facundia, consuevit in senecta demum absolutum vigorem ostendere: si modò verum nostri dicunt Poeta:

*Obduci juvenem densa caligine peius, Contra senectam posse quiddam dicere Rudi inventa malis ac praerularis.*

Hinc videlicet apud vos & Nestoris lingua mille profuit, & Trojanorum conciatorum lirillam educunt vocem, videlicet floridam: Nam liria, si fas commemini, flores appellatur. Proinde quod ab auribus victos ad linguam trahit senex hic Hercules, qui non aliud, quam ipse est sermo, ne id quidem debes admirari, qui quidem non ignoras, linguam cum auribus esse cognationem. Neque verò ad contumeliam illud pertinet, quod ea pertusa est: nam meminì, inquit,

& jambicos quosdam versiculos è comediiis apud vos dicere: E siquidem viris loquacibus extrema lingua perforata est omnibus.

Quin de eodem hanc habemus opinionem, ut quicquid egit, id oratione facundiae consecisse putemus: utpote virum sapientem persuadendo pleraque sibi subegisse. Jam talem illum, nimirum orationes, sunt acutae, missiles, citae, atque animum faciastes: unde pennigera dicta vos quoque appellatis. *Erasm. & Budanus in annotationibus in Pandectas.*

Persuadere est bonum consilium dare, Graecis *κατακρίβειν*. Inde *Pitho* dicta est Dea, dicens praeses, quam Ennius *Suadam*, Quintilianus *Persuadendi Deam*, Suadelaem Horatius, Cicero *Leporem* vocat. Haec & flexanima dicitur, quasi animum flectens, à Graecis *λυγχαρδης*, quasi ductrix & oblectatrix animae: hujus Deae sanctissimum olim nomen apud Gallos fuit:

*Marcus Cethegus dictus illis popularibus olim Qui cum vivebant homines atque avum agitabant, Flos delibutus populi.*

Probè verò: ut enim hominis decus ingenium, sic ingenii ipsius lumen est eloquentia; qua virum excellentem, praclare tamen, illi homines florem populi dixerunt, Suadaeque medullam, *σπυδα*, quomodo vocant Graeci, cujus effector est Orator. Hanc Suadam appellavit Ennius *σπυδα*, in labris Periclis Eupolis festivè scribit.

*Mercurius filius Jovis & Majae, Deus eloquentiae, nuntius divorum, regitur galero, ut ostendatur, adversus invidiae fulmina, solam eloquentiam plurimum valere: Item significatur gratia, quam quibus sibi apud auditores eloquentia cumulat: item vivacitas; ea enim quaeve praecara facta ab interitu afferunt, dicente Poeta:*

*O sacer & magnus vatum labor! omnia fato Eripis & populis donas mortalibus avum.*

*Ovidius:*

*Iamque opus exegi, quod nec Jovis ira nec ignis, Nec poterit ferrum, nec edax abolere vetustas.*

Alata fert talaria: sermo enim velox est, & ob id ab Homero alata exprimuntur verba r. Iliad. eodem enim momento ex ore loquentis egrediuntur, & auribus auctantium excipiuntur. Virgam deferit, qua fingunt, Mercurium animas ab orco vocare, alias demittere: quod nihil aliud significat, quam plurimos è mortis faucibus subtrahi, quos carnifex expectet, mox ad supplicium rapturus; & si velit, in mortem impellat rursus. Ita Cicero communi voce, ob necatum Clodium, Milonem eripuit eloquentia viribus: ita & Populum Lenatem, Caelium & innumeros alios. In eadem fandi majestàte Lenulum, Cethegum, Sextilium, atque ejus farinae homines potentissimos morti tradidit. Est & ejus virga natura, ventos excitare, & tranare nubila: quod indicat, eloquentiam solam, seditiones commovere, & si eas cupiat sedare, posse. Ita fecisse Curionem apud Annianum in Caesarem legitur: Ita & Cicero nurgidum Caesaris in Deiotaurum pectus pacavit. Virga haec sonnos dar, ac admittit: Ita eloquentia inertes sopitoque ad exercendum se admonet, quum praemia opulentissimae audeat & temerarios, quum non orare sit, sed potius latrare. Serpens est implicitus virgae, quod prudentia maxime oratorem deceat. *Boccacius l. 12. c. 26. Cte. de claris oratoribus.*

\* ELOQUENTIAE PRAESAGIA.

Facundia & sermone gratia, quam Eloquentiam appellamus, donum est tum naturale, tum supernaturale. Hinc Platonem dormientem infantibus in cunis, apes mellis copiam in os instillare sunt vise: quod praefigium erat, ex Platone ore, Dei dono, fluxuram orationem omni melle futiorem. Quomodo & Xenophon ab elegantia sermone vocatus est Mula Attica.

In S. Ambrosii, dum adhuc infans esset, ore, exameni apum confedit: quod divina viri eloquentia praefignificabatur, ait *Paulin. in vita.*

S. Dominici Praedicatorum Patriarchae mater, dum eum uterò gestaret, visa sibi fuit in quiete continere carulum facem ardentem ore praeferentem, qua editus in lucem totum orbem accenderet. Monebatur eo somno, quod etiam evenit, Dominicum, tum per se, tum maxime per institutum sui sectatores, sui facundiae sermone eloquentia, omnes homines ad Dei amorem inflammaturum, & haereticos omnes, prout Albigenes in Francia, Istratu valido profigaturum.

Matri S. Bernardi non multum ab simile accidit, ut in vita

A vita ipsius legitimus; qui propter sermone dulcedinem, melliflui nomen promeruit.

Emancipati.

Quare Libertas. Liberi.

Emendare.

Pete ex loco de Correctione.

\* Emblema.

\* DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

Dicitur Emblema *εμπλα* à *εμψυδα*, aut *εμψυδω*, quod est inferere, interponere, injicere. Antiquitus namque lapillis quibusdam quadratis politique, in quibus icones insculptae erant, ornabantur, ut ex Paulania, Plutarcho, & aliis colligitur.

Itaque Emblemata non sunt proptèr aenigmata, symbola, aut gnomae, sed usurpantur ea vox pro carminibus, quibus imagines, agalmata, pegmata, & id genus scitè inventa, eruditè & variè explicantur. Notum est illud Ciceronis ex Lucilio:

Quam lepidè leucis compositur ut tessellatae omnes arte, pavimento atque emblemate vermiculato.

Igitur Emblema dicitur, quidquid ornatus gratia inseritur, etiam vasis, gemmis, vestibus, parietis.

SCRIPTORES.

Scripterunt Emblemata *Andreas Alciatus, Ioan. Sambucus, Jacobus Byllius, Nicolaus Renferius, Nicolaus Tavernellus, Ioachimus Camerarius, Hieronymus Roscellius, & plerique alii.*

Videatur Titulus de Symbolis.

Emporia.

Pete ex loco de Nundinis.

Emptio.

DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

EMPTIO, Graecè *εμπωσις*, Hebr. *Μικnah*, à verbo *Kanach*, emit, acquilivit, nactus est. Emptitia res dicitur, quae empta sunt; & emptitius miles, mercenarius.

Definitur autem Emptio, pactio pretii pro merce, *l. 1. pand. de contrab. emptione*. Merx vocatur quaevis res vendibilis; pretium autem nummus, sive pecunia. Haec enim inventa est ut sit pretium omnium rerum, quae in contractus humanos veniunt. Porro constitit hic contractus in nuda pactioe, & solo consensu perficitur, neque requirit ad sui substantiam traditionem rei aut pretii.

EXEMPLA BIBLICA.

Abraham emit servos, *Gen. 17. vers. 27.* Speluncam duplicem, *23. 16.* Jacob partem agri, *33. 19.* Putiphar Josephum, *37. 36.* Jacob & filii ejus frumentum, *42. v. 1. 2.* Joseph terram Aegypti, *47. 20.* David arcam, *2. Reg. 24.* Michol uxorem, *1. Reg. 18. & 2. Reg. 3. 14.* Amri montem Samariae, *1. Reg. 16. v. 23. 24.* Negotiatores Regis, *2. Paral. 1. v. 16. 17.* Jeremias agrum, *Jer. 32. v. 7.* Principes Sacerdotum agrum figuli, *Mat. 27. 7.* Joseph findonem, *Mat. 15. 75.* Maria Magdalena, &c. aromata, *16. v. 1. 2.* Filius Dei Ecclesiam suam, *Alt. 20. D. 28. 1. Cor. 6. 20. & 7. 23. 1. Petr. 19. 2. Petr. 2. 1.*

PROFANA.

THURACIA, mercaturam exercentes, absque omni dolo vendunt omnia: apud quos, si quis domum emerit, sacra facere in Apollinis Epicorae fano, si vero praedium, in vico quem inhabitabat, & jurare coram magistratu solet, quod revera iuste emat, nec fraudulenter agat, nec arte dolove ullo. Eodem modo & magistratus quoque vendentem jurare jubet, quod sine malo dolo vendat. *Stob. serm. 42.*

THEMISTOCLES praedium distraxens, iussit pronuciari etiam vicinum bonum illud habere. *Plut. in Appob.*

CORNELIUS asinum pecunia onustum in forum produxit, loco sponsonum, cum fundum emisit. Unde Corneliae genti Asiae cognomen datum est. *Macrob. l. 1. Satur. c. 6.*

Q. MUTIUS SCAEVOLA Pont. Max. eloquentium juris peritissimus, & juris peritorum eloquentissimus: cum aliquando postulasset, ut sibi fundus, cujus emptor erat, semel indicaretur, idque venditor fecisset: dixit, se plus aestimare, addi-

ditque centum millia. Usque adeò ab officio boni viri non distcedebat. *Rutil. in ejus vita.*

HERMES Philosophus Aegyptius, auditor Syriani sophistae, condiscipulus Procli, sub Hadriano principe, nec non minus iustitia, quam doctrina praeditus, si quid emptans, minus iusto pretio addiceretur, ipse nihilominus iustum promebat: si quid verò contra, non ultra appetebat. *Suidas.*

De emptione uxorum, quere in Tit. de vxore. Petantur plurà ex loco de Contractibus. Tit. Emptio.

Encania.

Quere locum de Iudaeis. Tit. Festa Iudaeorum.

Energumeni.

Vide locum de Daemonibus. Tit. Demoniaci. Vbi de modis variis Demonicorum, eorumque liberatione, & causis.

\* Ephesus, Ephesii.

QUAE, ET QUALES.

Ephesus, Amazonum opus, juxta Strabonem, aut Cresi cuiusdam indigenae, secundum Paulaniam, Ephesique, qui Istri fluvii filius dicitur, Jonicarum urbs clarissima, & Asiae lumen dicta, aedificata, ut prodit Eusebius in Chronico, anno David XXXVIII. sita in pulcherrimo situ, à lava Meandrum fluvium, à dextra Caistrum fluvium habens, qui vehit merces Asiaticas.

Erat hic toto orbe celeberrimum, mundique mirabilibus annumeratum, Templum Dianae, cujus longitudo ccccxxv. pedum erat, latitudo cxxx. Erantque in eo columnae cxxvii. sexaginta pedes altae, (inter quas xxxvii. celatae erant miro artificio) ab Asia tota exstructae per annos cccx. aut etiam quadringentos; & à Regibus ejusdem dicatae cum Aflis prerogativa, cui Alexander adiecit stadium. De quo legatur *Plinius l. 26. cap. 14. Giralduus histor. Deorum synag. 12. Alexand. ab Alex. l. 3. c. 20.*

Laudantur Ephesii à scientia artis Magicae, ac reliquarum artium bonarum studiis, Philosophis, Oratoribus, ac rerum omnium disciplinarumque magistris ea urbs redundabat; ut verè dici possit, eam Civitatem non equium robore, sed clarorum hominum millibus ceteras superasse, in eaque plurimum viguisse sapientiam. *Chrysothomus* dicit, ex vulgari opinione, inde fuisse Pythagoram, totamque Jonicam Philosophiam ibi coepisse cum Parmenide, Zenone, Democrate. *Pres. in ep. ad Eph.*

Consecuta est autem haec urbs celebritatem majorem ob Pauli praesentiam, qui ibi fuit pluraquam duobus integris annis, ut testatur ipse, *Act. c. 19.* qui etiam Timotheum constituit Episcopum ibidem, cui Onesimus, alius Pauli discipulus, successit. Item Joannes Apostolus ibi diu moratus, finem vitae clausit, secundum Hieronymum. Sed & Deiparam ibidem cum S. Joanne, aliquo tempore habitasse, testata sunt Concilia Oecumen. In hac Civitate, quae Asiae erat metropolis; Patres c. 27. in Epist. ad Cler. Constantinop. quod jam ante Epiphanius habitando significaverat, *heres. 78.*

Laudat S. Ignatius Martyr Ephesios *Ep. 14.* à fidei puritate, & constantia. In quibus instructi fuerant à Christi discipulo Paulo & Timotheo.

D. Hieron. *pres. in Ep. ad Ephes.* notat, in hac civitate maxime viguisse Idololatriam, artiumque magicarum praestigias, ideòque Paulum ibi penè triennio moratum, multaque de demonum potestate per Christum profligata, Epistolae quam ad eos scripsit, inseruisse. Id autem apud eos effecit, ut multi ex eis, qui fuerant curiosa sectati, libros suos contulerint, & coram omnibus combusserint. *Alt. c. 16.*

\* Ephod.

Quid de eo senserit Quingernus, ex Bodino, & aliis, vide in loco de Divinatione, Tit. Ephod.

EJUS PRAECEPTUM, ET FORMA.

Inter alia Ceremonialia praeccepta, illud etiam legitimus, *Exod. cap. 28.* Facient autem superhumeralia de auro, & hyacintho, & purpura, coccoque bis tincto, & bysso retorta, opere polymito. Quod noster Interpres dicit superhumeralia, Septuaginta vocant *επιπλου*, Hebraei Ephod. Id est pallium, sive extima vestis, quae alius superimponitur. Erat ergo vestis propria Pontificis, quae tam pectus, quam humeros tegebat, eraque



A eratoque instar interuallu, praeritate undique, infernè tamen & superne patens, Procendebatur autem usque ad cingulum, coque cingebatur.

Circa pectus autem patebat in eo locus inferendo rationali. Deinde habebat in humeris duos lapides onychinos, quibus insculpta erant nomina filiorum Israel. Habuit insuper manicas, ut tradit Iosephus: qui & assensit, instar thioracis fuisse, l. 6. belli cap. 6.

QUOTUPLEX.

Duplex erat Ephod: unum quod jam descripsimus, eraque Pontificis proprium: aliud erat lineum sive byssinum, candore purissimum, quo utebantur Sacerdotes & Levitae; imò & Laici, qui quoquo modo seruebant divino cultui. Fortassis ad modum cottarum, vel roquetorum, aut superpelliceorum, quibus passim ununtur Ecclesiae administrati. Tale fuit Ephod Samuelis, 1. Reg. 2. Sacerdotum a Saule occisorum, 1. Reg. 22. Tali uisus fuit David saltans ante Arcam, 2. Reg. 6. Ita Hieron. ad Fabiol. de vest. sacerdot.

Divinatio per Ephod. Vide Tit. de Divinatione.

B

\* Epicurei.

Qui, & qualis Sella.

INTER Philosopherum sectas, praecipue erant Epicureorum, & Stoicorum, de quibus testatur Luc. in Actis c. 17. quod Paulus cum iissem disputaverit. Illorum autem maximè laxa erat: Stoicorum severa. Convenit tamen inter omnes, negatam ab Epicureis providentiam, ac re ipsa Deos sustulisse, nomen tamen reliquisse. Ita Aug. l. 18. de Civ. c. 41. Qui addit, Epicurum, sectae auctorem, Porcum ab aliis vocari, quod sanum bonum in voluptate collocaret: & quamvis scriptis suis honestam voluptatem tradere videretur, turpem tamen sequeretur ille ipse. Lactantius verò idè illius disciplinam celebriorem aliis affirmat, quod homo astutus, omnium se moribus accommodare studebat; & sicut nomen voluptatis populare est, & unumquodque trahit, sic & uniuscuiusque moribus doctrinam suam accommodat, & majore discordia secum pugnat, quam universim ceteri omnes. Aug. in Ps. 71.

Epicureorum vitam, summamque felicitatem, quam in vita hac mortali, neque enim aliam exquirunt, in rebus caducis, carnique convenientibus ponunt, hende castitatem ab illis, multum diversum ab illis, quibus Martialis vitæ hujus beatitudinem exprestit, quos in loco de vita recepimus.

Vitam que faciunt beatorem

Carnalis Epicurus inquit, hec sunt.

Res non parva labore, sed rapinis.

Non spinosus ager, focus perennis.

Lis nunquam, toga culta, mens avara.

Vires herculeæ, laxaque corpus.

Osculus dolus, impares amici.

Convivium satur, ebriusque mensæ.

Nox non sobria, lux soluta curis.

Sit vagus ibarus, & sit impudicus.

Somnus qui faciat longas tenebras.

Summum nec metuas diem, nec opes;

Nam nox omnibus una dormienda.

Vna est vita tibi, tuisque porcis.

Mors est aqua tibi, tuisque porcis.

Spem vitæ videas proax futurae.

Non est qui moderetur æquis orbem.

Non qui res hominum curet fugaces.

Sit tantum bene Genio calenti.

Sim blande Veneres, joci, salesque,

Sit Bacchus pater, & mater voluptas.

Sit venet Deus, & Rhamnisi errans.

Vt sus esse velis, nihilque malis.

Carnalis Epicure, dicit: hec sunt

Que vitam faciunt beatorem.

Ephori Spartanorum.

Quare in loco de Magistratu.

Epicedia.

Vide locum de Honore & Exaltatione. Tit. Laudationes funebres. Epicedia, &c.

Epigramma, Epigrammatographi.

Pete ex loco Postarum. Tit. Poetarum differentie.

Epilepsia.

Vide Affectus corporis. Item Tit. de Morte.

Epirotarum Duces, &c.

Require locum de Fortitudine. Tit. Duces, Imperatores fortes, & Epirotarum. Item. Magistratum Chronologice consideratum.

\* Episcopus.

DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

EPISCOPUS, Græca vox est, idem ferè apud illos sonans, quod apud nos Speculator, sive Inspector, à verbo ἐπισκοπέω, proprieque, ut Martianus scribit, id dicitur Episcopi, qui presunt panis, ac cæteris rebus venalibus, quæ populis civitatum ob quotidianum victum necessariz sunt. Vide L. ult. D. de mun. & honor. Itemque ep. 17. l. 10. Cic. ad Atti.

Unde Pontificis id nomen inditum par est credere, quia quemadmodum illi, quæ ad vitam humanam sustentandam pertinent, procurare debent, ita horum vigilando, docendo, bene agendo, animarum salutem consulere interest. Id quod vel Clementis Pontificis declarat præscriptum, qui ferè decrevisse, ut Episcopalis Cathedra in eminentiore templi loco collocaretur, sicut hodieque servatur; unde Episcopus undique speculari posset. Ceterum olim Episcopi vocabantur Presbyteri, teste non uno in loco D. Hieronymo, & præsertim in Epist. ad Evagrium, ubi dicit, quod de causa Episcopi primum esse caperint, ut scribens: Quod autem postea unus electus est, ne uniusquisque ad se trahens Christi Ecclesiam, rumpere: nam & Alexandria à Marco usque ad Dionysium, Presbyteri semper unum ex electis Episcopum nominabant: quomodo si exercitus Imperatorum faciat, aut Diaconum eligant de se, quem indulturium noverint, & Archidiaconum vocant. Quid enim facit, excepta Ordinatione, Episcopus, quod Presbyter non facit, &c.

Sanè Scriptura utriusque Testamenti meminit nominis Episcoporum in superiori significatione. Sic E. stras l. 2. c. 11. meminit Episcopi Levitarum, eumque indicat, qui à summo Sacerdote constituitur, velut altorum inspector erat. Etiam Luc. 6. in Actis c. 20. dicit, Paulum advocasse Miletum majores natu Ecclesie Ephesinæ, qui tantum presbyteri erant: eosque dicit Episcopos à Spiritu Sancto politos ad regendam Ecclesiam Dei. Neque dissentit Chrysol. in Ep. ad Philipp. Ambros. in c. 3. Epist. ad Tim. Hieron. in c. 4. Epist. ad Ephes. quomodo in Ecclesia primitiva nomen Episcopi majoribus & minoribus Sacerdotibus fuerit commune: hinc Paulus mandat Titò, ut constituit per Civitates presbyteros, eique vetò dicitur delegat.

Apud Athenienses, qui ad urbes eius subiectas mittebantur, ut spectarent, quid apud singulos agerent, Episcopi, & pùkaxot proprie appellabantur.

EPISCOPORUM SUPER PRESBYTEROS

MINORES EMINENTIA.

Quidquid tandem sit de nominibus, certum est, distinctam semper fuisse, & majorem Episcoporum dignitatem, (sive sit ordo distinctus, sive non) à presbyteratu. Consecrati aliquando presbyteri cum Episcopis in Concilio, ac communi gubernandi ratione Ecclesiam gubernaverint; nunquam tamen absque subordinatione id factum est. Tandem ad vitandam schismata, remoti sunt Presbyteri ab eo consensu, desinit nomen Episcopi illis tribui. Ita Lactantius in c. 1. Ad. Fuit autem antiqua hæresis Arrii, inter Episcopum & Presbyterum nihil interesse: quam opinionem ipse excogitavit, ut ipsum soleretur, quòd Episcopatus, quem unice ambiebat, spe excidisset. Testis est hujus rei Epiph. her. 75.

Eundem errorem secutus Joannes VViclef, & nostro seculo, Martinus Lutherus, & Joannes Calvinus l. 2. Inst. c. 4. §. 2. Catholica Ecclesia semper docuit, jure divino Episcopum Presbytero majorem, tum Ordinis potestate, tum jurisdictione. Quippe jam à primo Ecclesie natalentis exordio, Episcopus competi ordinare presbyteros, alioque ministros, & hac ratione generare Ecclesie Patres; neque unquam additum, ordinationem à presbyteris impensam: atque irritum censetur, si quid aliter hac in re factum, ut colligitur ex Ep. Greg. III. ad Bonifacium.

Sic & Damasus Papa diù ante Gregorium, in Epist. 4. loquens de Coepiscopis, qui cum solim essent presbyteri, more Pontificum ordinare audebant: Vacuum, inquit, est & inane, quid

A quidquid in prædico Sacerdotii summi egerit ministerio. Adde, solos Episcopos semper fuisse ordinarios ministros sacramenti Confirmationis, quomodo in Actis Apost. c. 8. missi leguntur Apostoli, ut baptizatis à Philippo Diacono manus imponant, & acciperent Spiritum Sanctum. Idem etiam ordinarè templa, & altaria consecrant. Imò Dionys. c. 4. & 5. Hierarch. Eccles. dicit, solum Episcopum divina ordinatione Christum consecrare.

Christus distinguit inter Apostolos, & LXX. discipulos. Hinc illos assidue instruebat, ac secum dicebat: iisque solis dixit: Sicut misit me Pater, sic ego mitto vos. Joan. cap. 20. Imò cum hoc numero duodenario, quo Apostolos voluit comprehensos, excidisset Judas, in locum illius solemnè quadam cæremonia successit sicut Matthias, qui tamen erat ex numero discipulorum.

Quin tempore Apostolorum Episcopi erant constituti Judices Presbyterorum. Ita enim Timotheus scribit c. 5. Ep. 1. Adversus Presbyterum accusationem nolui recipere, nisi sub ambo, aut tribus testibus: ergo Episcopus jam erat illorum iudex.

Ufus denique obtinuit, ut constat ex antiquissimis Ecclesiis, soli Episcopo in Ecclesia erectum olim thronum ab aliis distinctum, & ornatum, & in ministerio Ecclesiastico peculiare; quæ omnia vetustè picturæ etiam confirmant, ut quasi hominem videatur exuisse, qui de hac re dubitaverit. An verò tantam in clero dominationem olim habuerint, quantum nonnulli usurpant, hoc loco non investigamus.

EPISCOPORUM INSTITUTIO, ET SUCCESSIO.

Episcopi Apostolis succedere, non quidem in legatione, sed Episcopali dignitate, & ordine, constans omnium Patrum est sententia. Unde S. Hieron. ad Marcellum: Apud nos, inquit, Apostolorum locum Episcopi tenent, & Ep. 1. ad Heliod. Abit, ait loquens de Episcopis, ut de his quidquam finitrum loquar, qui Apostolico gradui succedentes, Christi corpus sacro ore consecrunt. Si ergo Episcopi Apostolis succedunt, eadem Episcopatus, quæ Apostolorum, origo est. Unde de Juda proditori dicitur: Et Episcopatum ejus accipiat alter, Ps. 108. Ubi per Episcopatum, Apostolorum intelligi constat, quòd quòd Matthias in locum illius successit, Apostolus factus fuerit. Et Episcopi nonnunquam dicitur Apostoli, quomodo Epaphroditus Ecclesie Philippensium Apostolus à Paulo Apostolo vocatur, ad Philip. c. 2. Ita & in Epist. 2. ad Corin. cap. 8.

Principem Apostolorum Petrum à Christo fuisse ordinatum Episcopum; & ab ipso Petro, Jacobum & Joannem: ab illis autem ceteros Apostolos, veterum sententia est. Imò Magdeburgenses, quantumvis à veritatè scoplo plerumque aberrant, testantur, Iconii & Antiochie à S. Paulo constitutos pastores: Item Apollinarem, Ravennæ: Maternum, Treveris: Hermagorem, Aquileje daros à B. Petro Episcopos. Sed Linum ab Apostolis Petro, & Paulo Romæ datum Episcopum, fateatur Iren. l. 3. c. 2. Tertull. verò Clementem Romæ à S. Petro lib. de Prescr. & Polycarpum de Smyrna à S. Joanne constitutum scribit Episcopum. Idem de Timotheo Ephesi, & Tito Crete à S. Paulo constituto affirmat Euseb. Niceph. l. 2. c. 41. dicit, à Mathæo Apostolo Platonem factum Episcopum Mirmenensem: S. Marcum autem à B. Petro creatum Episcopum, & Alexandrum missum, asserit Leo Ep. 8. ad Diaconum. Etiam Dionysium Areopagitam à S. Paulo Athenarum Episcopum constitutum, colligitur ex Eusebio l. 3. c. 4. Et ita consequenter de omnibus aliis hæc successio series probari quam solidissime poterit. Legatur Joan. de Turrecr. l. 2. summa de Ecclesia cap. 32.

\* ELECTIO.

EAM AD POPULUM AUT PRINCIPES JURE DIVINO NON SPECTARE.

CHRISTUS Dominus, consummato redemptionis nostre opere, ad Patrem transiit, ita ad Apostolos loquitur: Sicut misit me Pater, sic ego mitto vos. Joan. c. 20. Quibus verbis voluit, ut ea potestate & ratione illi gubernarent Ecclesiam, quæ ipse eam gubernabat, dum præsentiam suam illi exhibebat. Verùm ille Apostolus xii. ac deinde Lxx. discipulos elegit, sine consilio, aut suffragio multitudinis: Igitur & illis idem erat faciendum.

Quod etiam reipsa præstiterunt, nam non attento populi suffragio, mittebant per loca & civitates, Presbyteros, & Episcopos à se creatos; neque enim populus, qui sunt oves, sed Christus, qui Pastor erat, curam & gubernacula Ecclesie pa-

stori Petro credit; ad quem proinde spectat, inferiores sibi, que subordinatos constituere rectores, & pastores: unde Concilium Nicænum l. 1. can. 3. ita habet, omnem electionem, quæ fit à magistratibus, Episcopi, vel Presbyteri, aut Diaconi, irritam manere. Atque idem definitum est in Concil. II. Constantino, quod est VIII. generale can. 28. unde fit quid hic populus olim habuerit, merè usurpatum fuit. Etiam Alexandria antiquissimis temporibus, Episcopi à Presbyteris eligebantur, ut testatur D. Hieron. Ep. 83. ad Evagrium.

Ruffinus narrat, Frumentium à S. Athanasio creatum Episcopum Indorum, Indis ipsi nihil de eo scientibus, aut cogitantibus, l. 10. hist. c. 9.

EPHANIUS in Ep. ad Joannem Episcopum Ierosolymorum scribit, à se Paulianum S. Hieronymi fratrem ordinatum Presbyterum, & directum ad monasterium; cum tamen frater monasterii nihil de illo scripsisset.

B. GREGORIUS I. Angultinum Anglorum designavit Episcopum & Apostolum, nec expectabat, donec Anglicum exposcerent. De quo vide Bedam l. 1. hist. Anglorum.

B. GREGORIUS II. S. Bonifacium Germani missi Episcopum nihil de eo scientibus, aut postulantibus Germanis, ut constat ex vita ejus nuper edita.

Quin Valentinianus Imp. cum ad eum quidam deferrent, electionem Episcopi Mediolanensis, eandem ad Episcopos & Presbyteros remisit, dicens: Major res est, quam ut nobis conveniat: vos autem gratia divina præditi, & illius splendore fulgentes, melius eligetis. Theodor. l. 4. hist. c. 6.

Imò S. Chrysostomus dicit, ob id suo tempore alibi pessimos quoque Ecclesie fuisse præpositos, quòd jus eligendi in manu populi, illud sibi usurpatis, esset, lib. de Sacerdotio.

Etiam D. Aug. refert commotionis popularis historiam, quæ accidit in electione Pimiani. Ep. 110. & 225.

Ruffinus l. 11. hist. c. 11. commemorat dissensionem populi, quæ exitum paritura videbatur urbi, in electione Episcopi Mediolanensis. Qualis etiam memorabilis accidit in electione Damasi: ita ut 138. homines in templo necarentur. Amnian. Marcellin. c. 27. Ruffin. sub c. 10.

\* CIRCA EANDEM VARIETAS.

Ceterùm in electione Episcoporum magnam variationem inducunt observant scriptores. Nunc enim Clerus simul collectus; nunc cum eodem populus; nunc hic solus absque Clero Episcopum postulantur. Sancitum tandem, ut Laicis nullum hic jus esset. Alibi ad sola Canonicorum collegia translata, vigerque adhuc in Germania.

Postmodum Imperatoribus, & summis Principibus attributum. Atque hinc factum, ut qui ad Episcopatum aspirarent, aulis sequerentur; uti etiam hodie plerique faciunt, vitæ libertatem lectantes; imò & nonnunquam antea conversationis religionem ac pietatem, irreligioso commercio, agendique ratione commutantes, ut tandem aliquod favoris ad hanc dignitatem acciperent. Præsertim cum olim non nisi à summis Principibus probati sacramento, quam probationem, investituram appellabant, fiebatque per traditionem annuli & baculi. Sed Leo IX. & Greg. VII. hoc jus ad Clerum revocarunt, præteritis Principibus. Vide de hac re Azor. Inst. Mor. p. 2. lib. 3. cap. 17. q. 3.

\* QUID HODIE OBSERVETUR?

Constat, hoc tempore in plerisque Provinciis, ac præsertim in Belgio, ex indulto Pontificum, Principes nominare personas idoneas ad Cathedras non modò, sed quasvis primas dignitates Ecclesiasticas, tam seculares, quam regulares, sic ut electionis canonice exiguis sit usus. Debent nihilominus taliter nominati habere conditiones à Conc. Trid. requisitas. Et utnam passim omnes Principes in id ea sedulitate intenderent, prout fecit Sereniss. Belgarum Princeps Albertus, utpote hac in re admodum circumspexerit. In illis tamen locis, ut bene advertit Fran. Zypens Archiepiscopus Antverpien. in suis Analyticis Juris Eccl. l. 3. c. de elect. ubi Regalia locum obtinent, Episcopi solent, post confirmationem sedis Apostolicæ, manus regie relaxationem petere; eaquiesci solet per Juramentum, quod in manibus officiarum principalis præstatur, habetque usum suum quoad Episcopum Tornacensem in Belgio: ubi Gilpensis Galliarum Rex fundavit, & dotavit Ecclesiam. Comes autem Flandriæ successerunt in Regalia Regum Franciæ, ex contractu intro cum Carolo V. Impet. & Franciscò I. Cameraci an. 1529.

Itaque si quando Principes ad collationes Ecclesiasticarum dignitatum facultatem suam extendunt, quantum vel ipsi, vel majores ipsorum, fundatores non sunt, dilatant auctoritatis suæ terminos, & assumunt, quod sibi nequaquam competit, nisi



Anisi id ex privilegio habeant, Collatio Beneficiorum spiritualis est: fecus credentes hereticos reputavit Bonifacius VIII. Vide Eponeum Boetium de Regal. num. 22. & latius prædictum Zy-patum, loco allegato.

Porro de constitutione Trid. Synodi sess. 24. c. 1. decernitur, ut mortuo Episcopo, preces indicantur, quibus idoneus à Deo pastor postuletur. Hortatur deinde omnes, ad quos spectat electio seu provisio, ut omni humano affectu (eposito), eum eligant, quem maxime talem Ecclesie fore perpexerint, qui- que qualitates habeat à sacris canonibus requisitas, & quarum etiam exam en indicitur, sitque omnium relato in consistorio Cardinali referente, idque ut non precipitur electio.

Gregorii etiam XIV. constitutione fit processus & inquisitio super promovendos ad cathedralium Ecclesiarum gubernacula, idque juxta Conc. Trid. decretum sess. 7. c. 11. & constitutionem Alexandri Tertii, que incipit Cum in cunctis, in Concilio Lateranensi promulgatam. Quamquam etiam his omnibus frons aliqua, vel humana industria intervenire possit, ut idoneus assumatur aliquando.

Confirmatio ab Apostolica sede obtenta, electus conse- cratur per Metropolitanum suum, cui ut minus duo Episcopi assistunt, ex decreto Anaclei Pont. dummodò tamen non sit in vitus, qui denominatus & confirmatus est, juxta constitu- tionem Simplicii Papæ apud Vol. 1. 22. Olim autem Sabbato ante consecrationem fiebat scrutinium serutinum, cujus ad- huc formulam videre est in Pontificali Romano.

In consecratione autem præstat consecratus in manibus consecratoris Juramentum (nisi alius deputetur in instrumen- to confirmationis) fidelitatis & obedientie erga sanctam Ro- manam Ecclesiam, & illius summum Pastorem, ejusque successorem legitimum, eorumque mandata, decreta ac con- stitutiones: ac pleraque alia, quorum etiam formula habetur in Pontificali, capite de Consecratione Episcopi.

\* CONDIIONES AD EPISCOPUM REQUISITÆ.

Concilium Tridentinum supra requirit in moderatore Ec- clesie Cathedralis, ut sit de legitimo thoro, ætate & scientia maturus, ac moribus probus & circumscriptus. Concilium verò Aurelianense 5. can. 9. exigit, ut anno integro fuerit in sacris Ordinibus: quod à semelre archævit Tridentin. sess. 22. cap. 2.

Scientiam etiam requirunt, quæ muneri suscipiendo suffi- ciat. Unde necessarium est, ut promovendus sit Magister, vel Licentiatu in S. Theologia, vel Canonibus: si autem Re- gularis fuerit, ut à Superioribus suæ religionis testimonium ha- beat eruditionis consimilis.

S. Paulus requirit in Episcopo XVI. conditiones, scribens ad Titum. I. Ut sit irreprehensibilis, hoc est, qui non tantum vitio careat, sed insuper virtutibus ornatur. II. Pius uxoris vir: hoc est, ut sit monogamus, quive secundas nuptias non iniverit. Hinc antiqua Ecclesie consuetudo fuit, non ordina- re bigamos; estque hæc dos Episcopalis, negativa: ut si con- jugatus fuerit, unam dumtaxat uxorem habuerit, aut habeat. Rarus enim primis temporibus erat cælibatus, nihilominus, qui etiam tunc ad Sacerdotium vocabantur, communi Ecclæ- sie lege conjuge abstinere, propter Sacerdotii dignitatem. III. Sobrius, Græcè νηδύς, quod & vigilantem sonat: & sobrietas mater est vigilantie. Estque hæc proprietas veri pa- tris. IV. Prudens, quia ars artium est regimen animarum. V. Ornatus, κίς, id est moribus compositus, ut etiam ex- trinsic pateat animi moderatio. VI. Pudicus, ad quod maxime facit, ut fugiat consortia mulierum: quod sedulo observasse Augustinum, memorat Possid. c. 26. vitæ ejus. VII. Hospita- lis, φιλόκομος, quasi amans peregrinam. Hac enim de cau- sa tam liberalem mensam, & proventus in eam Episcopi Ec- clesia decrevit. VIII. Doctor, non quidem, ut lauream habeat, fed doctrinam sufficientem muneri suo. Unde potissimum munus Episcopi est, prædicare verbum Dei, quamvis nunc pauci per se id præstent, imò hodie plerumque candidati in Ju- re, qui contradicentes in rebus fidei arguere non valeant, aut saltem non tam solide, quam ab Episcopo exigitur, cathedras obtinent Episcopales, cum tamen Theologis magis propriè conveniat, posse exhortari in doctrina sana, & eos qui con- tradicunt, arguere, ut dicitur infra. IX. Non percussor, id est, lenis & mansuetus. X. Modestus, hoc est benignus, qui sum- mum jus non persequitur. XI. Non litigiosus, nempe ut sit alienus à jurgiis. XII. Non cupidus. XIII. Domus sue bene præpositus: Ex aptitudine enim regiminis Oeconomici sume-

tur judicium de regimine amplioris ponderis, qui namque do- mi sui præesse nescit, quomodo Ecclesie Dei diligentiam ha- bebis? XIV. Filios, nempe si quos habuerit ante Sacerdotium, habens subditos cum omni castitate, id est, ingenio pudore: Ex moribus namque filiorum mores patris Paulus colli- giti vult. XV. Non sit neophytus, id est, novus Christi cog- nus, aut recens ad fidem conversus. XVI. Qui habeat testimo- nium vitæ bonum, etiam ab iis qui foris sunt, hoc est, infide- libus: Sic ut in nullo culpam jure valeat, etiam ab hostibus. Ep. 1. ad Tim. c. 3. Legatur D. Bernardus in fine l. 4. de consi- deratione ad Eugenium Pontificem: ubi disertè & piè peccat- dat, qualem oporteat esse Episcopum.

\* EPISCOPUS SIT THEOLOGUS, ET CONCIATOR.

Doctor Gentium Paulus se verum Episcopum testabatur, alioque suo exemplo provocabat, dum majoribus natu Ec- clesie Ephesiorum, discedens in Hierusalem, dicebat: Scitis quomodo nihil subtraxerim utilium, quò minus annuntiarem vobis, & docerem vos publicè, & per domos, & discipulos? Judæis atque Gentibus Deum pœnitentiam & fidem, &c. Act. c. 20. Verum hoc munere docendi juxta cujusque varios status, conditiones, sexum, &c. non poterit fisci Episcopus, si magis humani juris, quod canones, ac leges civiles continet, peritiam, quam divini habeat, quod in Scripturis & Patribus est. Quamquam scientia SS. Canonum negligi non debeat, præferri tamen in Episcopo debet Theologia: nam licet non ubique occurrant quaestiones de fide, tamen longe aberrat, ait Cajet. Cardin. qui Jurisprudentiali Theologie præponit, quoniam prædicationis, quæ officio incumbit Episcopi, materia non est Jus, sed Scriptura facta. Cajet. 2. 2. q. 187. art. 1.

Idem Paulus Timotheum Episcopum instruens, eundem ob- testatur, & adjurat per Deum, ejusque filium Jesum Chris- tum, quos velur testes invocat & vindices suæ obtestationis, ut instanter Evangelium prædicet, opportune, & importune, cogitque, se hujus prædicationis facte, vel neglecte, exactam in die Judicii Christo Judici redditurum esse rationem. Allo- quitur autem illum jam velur mortuum, & testamentum con- dit, in quo ante omnia commendat ei, tanquam Episcopo, mu- nus prædicandæ quod Episcopus jure divino obligatur, ut docet Conc. Trid. sess. 24. c. 4. Verba Apostoli sunt ista, nempe in ista prædicationi, opportune, importune, argue, obsecra, increpa in omni patientia & doctrina; quibus vult, ut argumentis convin- cat. Nam si absque arguente aliquem increpaveris, temerari- us esse videberis, nullusque te præferat, ait S. Chryso- stomus.

Fuit autem consuetudo in Ecclesia, quam retinuit Ambro- sius, & Cyrillus Alexandrinus, & in se servatam non semel, testis est Casarius Arelatenfis, & incusfoditum conuenitur Nyssenus, ab Helladio Casariensi Episcopo allegatus, ut pere- grini Episcopi ad prædicandum invitarentur ab ejus civitatis Episcopo, ad quam divertissent. Imò exstat hæc de re decretum Conc. Carthag. IV. his verbis: Episcopi, vel Presbyteri, si cau- sa visitandæ Ecclesie ad alterius Ecclesiam venerint, in gradu suo suscipiantur, & tam ad verbum sciendum, quam ad obla- tionem consecrandam inventur. Idem constituit Clemens 2. conf. c. 58. vel 62. Et enim, inquit, horratio, & monito hospitum grata & mirum in modum utilisima. Si quidem, Ne- mo Propheta, inquit Dominus, acceptus in patria sua. Hanc au- tem præicam Ecclesie consuetudinem B. Borromæum factò & H. decreto revocasse, constat in Actis Eccl. Mediolanensis. L. S. Ambros. ser. 48. veter. edit. Cyrill. Alexand. hom. 7. & 8. Nyssenus ad Amphibolium. Legatur Card. Bellarm. de gemis columba, ubi inter alias causas, cur gemat columba, hæc etiam ponit, quòd Episcopi non attendant doctrinæ & prædicationi: verba illius citantur in loc. de Concione.

Exstat reformatio Ecclesie Anglicanæ facta, regnante Maria & Philippo rege Hispaniarum, ex mandato Pii IV. Pontif. Max. per Reginaldum Polum Cardinalem, & à latere Legatum, ubi etiam districtim decernitur, ut Episcopi & animarum cit- rram exercentes, populo prædicent, verba sunt: Inolevit autem alicubi hic abusus, ut Episcopi munere prædicandi ad alios translati, in alia ipsi officia incumbant, contra Apostolorum exemplum, qui dixerunt, Non est alicuius nos relinquere ver- bum, & ministrare mensis; quod tamen munus, cum in pat- ribus alendis veraretur, maxime piam erit. Idcirco cum hujus Synodi approbatione statumus, ut Archiepiscopi & Episcopi omnes prædicationis verbi Dei munus per se obire, juxta Christi & Apostolorum mandatum, & factorem Canonum

A normam teneantur. Et si quando legitimum aliquod impedi- mentum incidit, quò minus id facere possint, tum fecundum statum F. R. Innocentii Papæ III. in generali Concilio editum, quod incipit, Inter cætera, viros idoneos seligant, ad hujusmodi prædicationis officium rectè exequendum.

\* EPISCOPI NON DEBENT NIMIUM INHERERE LITTERIS HUMANIORIBUS.

At si sacra severiora studia nonnunquam temperentur dulcioribus Musis, non caret sua utilitate & laude, cum etiam ple- raque ex illis petantur, quæ ad mores vitamque componendam non exiguum habeant momentum. Tamen istdem plus a quo impallescere, & assidue eas versare, omnino alienum ab Episcopi munere, estque in sacra militia sese implicare negotiis secularibus.

Sipontinus Episcopus magnas curas adhibuit in Poeta Mar- tiale enatrando: at postuisset, illas horas melius impendere in pastorio munere.

D. Greg. 14. ep. 48. reprehendit tanquam rem excreabilem in Deliderio Episcopo Gallo, quòd Grammaticam doceret, ac nugis & secularibus litteris studeret.

Achilleum Statium Episcopum Alexandrinum notat Suidas propter scriptiones epigramas, ut refert Lorinus in cap. 20. Ath. vers. 20.

Hellodorum Tricensium in Thessalia Episcopum, à Provin- ciali Synodo exautoratum, tradit Niceph. 1. 12. hist. c. 34. quòd libellos amatorios ab se compositos, Juvenum moribus noxtos abolerè nollet.

De Origene memorat Eusebius, quòd cum esset in huma- nioribus disciplinis versatissimus, tamen existimans, gramma- ticarum præceptionum institutionem parum esse illi studio consentaneam, quod in divinis litteris verari debebat, abje- cta cunctatione, Grammaticæ discipline exercitationem, tan- quam sacris litteris tractandis inutilem, deposuit. Euseb. lib. 6. Hist. c. 3. Sidor. Apollin. 18. ep. 4. Modo, inquit, tempus est seria legi, seria scribi, deque vita perpetua potius, quam memoria cogitari: nimiquè meminissem, nostra post mortem non opuscula, sed opera pensanda.

Noluit D. Basilus proponi pro concione populo curiosas quaestiones, quales sunt, de numeris &c. sed que faciunt ad adificationem. Hom. 11. hexameron.

Edmundus Cantuariensis Episcopus, dum Lutetia docendis artibus operam daret, à matre in formis admonitus perhibetur, ne docendis artibus curam impenderet, sed totus in studium sacrarum litterarum incurberet, Deoque uni & trino vacaret. Volebat certe pia femina, destinatum divinitus regendo Dei populo filium hæc instrui divina scientia. S. r. l. 1. vita ejus cap. 12. 16. Noval.

Existimavit Hugo Abbas Cluniacensis per somnium, pul- vinari suo serpente copiam libelle; unde mox à somno exci- tatus, perhorrescens, Varronis librum reperit, ac illico amo- vit. Lorinus supra.

Pius II. Pontifex, antè Aeneas Sylvius dictus, dum in prima illa Cathedra præsideret Antistes, ac meminisset, quædam si- bi excidisse non satis modesta per ætatem juvenilem, unicè la- boravit, eos factus suppressimere: omneque obsecravit, ut con- silio suo acquiescerent. Dicebat autem: Seni magis, quam juveni credite: nec privatum hominem plures, quam Pontifi- cem facite: Aeneam rejicite, Pium suscipite. Refert ex Guil- Baldefano L. Beyerslinck in apoph. Christi. tit. libri.

Etiã nostra ætate Lavinius Torrentinus, Episcopus Antver- piensis, Poemata sacra in ducem emisit, ut & commentarium in Horatium: verum his luxatæ studii invigilasse, dum à gravioribus ferabatur, argumentum est, quòd difficillimis temporibus eam cathedram cum laude administraverit, mag- numque sui desiderium moriens reliquerit; neque eni- aliud in Episcopo reprehenditur, quam immodicum illarum studium, cum moderatum & laudem suam habeat, & utili- tatem afferat. Quomodo intelligendi sunt, qui hoc humani- tatis & suavitatis Mutarum studium in Episcopis reprehendunt, ac illorum functioni indignum censent; et quibus Avitus præ- fatione lib. 6. ait, Decere profecto in istam [loquitur autem de Episcopis] graviori operam inferere, nec in eo immorari, quòd paucis intelligentibus mensuram syllabarum servando sonat: sed quòd legentibus multis mensurata fidei astructione delervat.

\* ETAS AD EPISCOPATUM REQUISITA. Nihil de hac re in Scriptura facta definitum reperimus. Con- stat tamen, quosdam olim valde juvenes ad Episcopatum pro-

mos, ut Eleutherium, matre Anthia per B. Paulum ad fidem E conversâ, cum ageret annum vigesimum, prout Lorinus com- memorat in c. 7. Ath.

Etiã de Remigio Rhemensium Episcopo, tradit Nic. 1. 3. hist. cap. 24. quòd anno ætatis 22. fuerit ad Episcopatum sub- vectus.

Volunt nonnulli, Timotheum, ad quem scripsit S. Paulus admodum juvenem fuisse ad Episcopatum promotum, per- moti illis verbis, Nemo adolescentiam tuam contemnat. De quo legatur Lorinus supra.

CLEMENS Papa ejus nominis primus, exigit, ex traditione Domini, annos quinquaginta in Episcopo, 1. 2. conf. c. 1. quòd ea ætas, inquit, quodammodo juveniles petulantias, & eorum, qui foris suat, obreccationes effugerit, contra quorundam fallorum fratrum vincerationes, quas multi inferunt, &c. Subjicit nihilominus: [Si in parva parocia ætatis incli- nantis, & provecat non reperitur, posse eligi eum, qui in adolescentia manserit & compositè vivendo, similem ætatem plane ostendat.]

Concilia postmodum definitur, triginta annos expletos pro Episcopo, ut Neocaesariensis Cap. 11. (quod approbatum est à Concilio Nicæano) & habetur c. Episcopus, dist. 77. ex Con- cil. Agath. & c. Civm in cunctis, de electi.

\* EPISCOPI NON CURANT SECULARIA.

Exigit munus Prædicationis hominem vacuum curis exter- nis, quantumvis spiritualibus, ita ut S. Paulus ne baptizare qui- dem vellet, ut non impediretur ab Evangelizando, ut patet c. 1. Ep. 1. ad Cor. Cum ergo Episcopi munus sit prædicare & doce- re, constat, alienam ab eo videri rerum secularium curam.

Hinc & Apostoli convocantes multitudinem discipulorum, dicebant, Non est æquum nos derelinquere verbum Dei, & ministrare mensis. Act. c. 6. Eadem de causa Nazianzenus, Chrysostomus, Augustinus, ut traditur in historia vite ipso- rum, nolebant de rationibus, & proventus suis cognoscere, ejusque rei sollicitudinem in alios rejiciebant.

S. Ambrosium, refert Paulinus in vita, solum tempus rem- poralium curam fratri suo Saryro committere. Et testis est Au- gustinus, quàm sedulo vacaret quotidianis sermonibus: imò tam sedulo obivisse munia Episcopalia perhibetur à Paulino, ut demortuo, vix quinque Episcopi potuerint præstare, que so- lus ille præstiterat.

In Concilio Carthaginensi IV. decernitur, ut Episcopus nul- lam rei familiaris curam ad se revocet: sed lectionis, & oratio- nis, & verbi Dei prædicationis tantummodo vacet.

In Synodo Chalcedonensi cavetur, ne Episcopi absque œconomis, seu facultates Ecclesiasticas tractent. Hæc Lorinus in c. 6. v. 2. Ath. S. Bernard. Nil turpis, ait, Episcopo, quàm incumbere expensis quotidiano reciprocate scrutinio, de pretio eucarum, & numero panum, quotidianam cum mi- nistris habere discussionem: continua verò Dominici gregis detrimenta nescire, &c. 1. 4. de conf. c. 6.

Christianus II. Archiepiscopus Moguntinus, percontanti Gulielmo Imperatori, num sibi in re quapiam militari consilio adesse vellet, respondit: Episcopi est docere verbum Dei, non gladium fringere, quem Christus mandavit Petro mittere in vaginam. Brusch. in Episc. Germanie.

\* EPISCOPO COMMISSA OLIM JUDICIA SECULARIA.

D. Paulus insinuat in 1. Ep. ad Cor. c. 6. ubi interrogat, Nescitis, quoniam Angelos judicabimus; quantò magis secularia, scilicet, negotia, quæ ad communem hominum utilitatem pertinent, apti sumus judicare? Certe judicium causarum secularium presbyteris & Episcopis atquandò commissum, constat ex variis historiis, & nominatim ex Clem. 1. 1. conf. 49. 50. & 51. Et Epistola ad Iacobum fratrem Domini, Si qui, in- quit, fratres negotia habent inter se, apud cognitores sacelli ne judicentur, sed apud presbyteros Ecclesie, quidquid est illud dirimatur, &c.

Id postea lege Casarea, quæ exstat 11. q. 1. c. Quicunque, & c. volumus, statuit Imp. Theodosius, & confirmavit Caro- lus Magnus, nimirum, ut quicque, live reus, live actor, pos- sit relicto tribunali seculari, etiam post litem contestatam, ad- ire iudicem Ecclesiasticum. Eoque munere inter fideles suos functi sunt Greg. Thaumaturgus Episcopus Neocaesariensis, ut meminit Nyssenus in vita.

S. Ambrosius quoque de se ipso testatur, quòd magistratum, & prava Imperatoris decreta ac judicia irritaverit, 1. 2. off. 29. Synodus Episcopus Prolemakis Cyrenensis Pentapolitanae provincie in Ægypto, meminit in quadam epistola, de coactum more



A more Aegyptiorum & Hebraeorum, sacerdotis iudiciumque partes exercere. Ep. 57. Huius autem sententia proposito nostro opportuna est. Non condemnem Episcopos, qui in rerum negotiis versantur; sed magis mitor eos, qui utramque possunt. Mea facultas non est duobus dominis servire, &c.

Verum crescente numero Christianorum & litium, Episcopi hocce iudicium ad seculares Iudices rejecerunt. Idque ex doctrina S. Petri, qui ad Clemelem, & per eum ad quosvis Episcopos ita scribit: Nec enim Iudicem, aut cognitorem secularium negotiorum hodie te ordinam vult Christus, ne profectus praesentibus, non possis verbo Dei vacare, & secundum veritatis regulam fecerere bonos a malis.

\* EPISCOPORUM POTESTAS, ET DIGNITAS.

Multa de dignitate Episcoporum habet Chrysostom. in lib. de sacerdotio: & Isidorus Pelsiota in Epistolis.

Episcopi, ut ante ostendimus, majores sunt presbyteris inferioribus, tum ordine, tum jurisdictione: ac succedunt Apoflolis in Ordinis potestate, five dignitate Episcopali, non vero in Apoflolanis; finitur enim legatio cum legato. Suntque veri Ecclesiae Doctores, & Pastores in ordine primo, five primi ordinis, ut nonnulli veteres loquuntur, & observat Joan. Lorinus in c. 20. Ait, cum alii presbyteri vocentur Sacerdotes ordinis secundi, five simplices; nam summi Sacerdotis nomen Episcopo attribuitur. Apud Joan. Savaro l. 1. c. 24. exempla pleraque referuntur Episcopalis appellations.

Episcopi, juxta nomen sui etymon, inspectores, & vigilae esse debent, quasi duces castrorum, ac velut Angeli inter homines, & lucerna: sunt enim in Ecclesia candelabro positi loco maxime sublimi, ut ab omnibus videantur: suntque patres fidei. Unde & in locis ac oppidis celebrioribus, jam a tempore Apoflolorum, constituti sunt Episcopi, Dioceses limitatae, ut infra suo ordine dicetur. Ita S. Paulus Titum per Epistolam monet, ut in Creta constituat presbyteros per civitates, & in minoribus sacerdotem, nemp in celebrioribus Episcopos, in minoribus sacerdotes, five pastores. Idque ne Episcopi nomen, & honoris summi auctoritas vilesceret, si Episcopi multiplicarentur. Ita Leo l. Ep. 87. Legatur de Episcoporum dignitate supra presbyteros inferiores, Clemens Constit. Apofl. can. 40. Irenaeus l. 3. c. 3. Tert. lib. de Baptismo, Chryl. lib. de Sacerdotio, & Ambr. lib. de dign. sacerdotali. Habent Episcopi in Diocesi sua jurisdictionem, & potestatem ordinariam, unde & Ordinarii vocantur in Jure; exceptis nonnullis casibus, in quos Pontifex Romanus facultatem sibi reservavit, ut colligitur ex Conc. Trid. Unde & antiquissima & celeberrima Concilia per solos Episcopos celebrari solita. Constat autem, in Conciliis vel maxime exerceri jurisdictionem, cum & in his fidei decreta firmantur, leges condantur, ac poena praevicatoribus denuntiantur. Possent enim Episcopos novos Canones & leges Ecclesialicas condere, colligitur exemplo B. Pauli, qui eas praescripsit, & tradidit Corinthiis, Ep. 1. c. 14. v. 37. vocatae non sua, sed Domini mandata, puta, per cum jubentis, & stantentis.

Deinde Episcoporum munus est, ex vi Ordinis, Ecclesiae ministros non modo designare, sed & ordinare; Altaria, templa, aliaque consecrare: quod presbyteris nunquam permittitur. Hinc D. Hieron. Ep. ad Evagrium: Quod facit, interrogat, Episcopos excepta ordinatione, quod non etiam facit presbyter? Neque ullum exemplum deprimi poterit, quo doceretur, sacerdotes a sacerdote simplici ordinatos aliquando; cum ad praelatum, & Ecclesiae principem pertineat, idoneos ministros & cooperatores seligere, & influere.

Attamen Episcopatus nomen oneris potius est, quam honoris, si primam illius institutionem spectes. Est enim Episcopus aliorum superintendens, quorum curam gerere tenetur, & influere; neque tantum pro sua, sed subditorum animabus reddere rationem Deo debet. Unde & onus Angelici humeris formidabile, quamvis id multi ambient inftar poetici Phaethonis in propriam perniciem, censet Concilium Tridentinum, craque olim gradus ad Martyrium, quomodo Alvarus Pelagius lib. de planctu Ecclesiae l. 18. ex S. Hieron. locum illum Pauli: Qui Episcopatum desiderat, bonum opus desiderat, exponit, Martyrium desiderat. Quia, inquit, tunc erat laudabile Episcopatum quaerere, quando per hoc non erat dubium ad supplicia graviora devenire. Episcoporum autem hoc tempore in Ecclesia functiones magis explicitae & luculentae declarat Conc. Trid. dum eos a Spiritu Sancto positos affir-

mat, ad regendam Ecclesiam Dei: iisque committit, quid ad Ecclesiae sibi creditur regimen necessarium, & opportunum fore perspicerent. De quo videatur id em Concilium, etiam quoad causas, quae iisdem ab Apostolica sede delegantur, in Indice, verbo Episcopus.

\* EXEMPLA, ET APOPTHEGMATA, DE MUNERE ET QUALITATIBUS EPISCOPORUM.

ARCADIUS Imperator, ipso magni Sabbati die, missis ad Chrysofomum quibusdam, ut de throno tandem a duobus Synodis exautoratus descenderet, significavit. Tunc Chrysofomus: Ego, inquit, a Servatore ad munus Episcopale vocatus, thronum non relinquam. Et si tibi, id Imperator, hoc ita visum est, vi inde me deturba. Nicephor. Eccles. hist. l. 13. cap. 18.

VALENTINIANUS Imperator, quum de electione cuiusdam Episcopi ageretur, dixit ad Episcopos: Major est Episcopatus provincia, quam qua viribus nostris sustineri possit. Proinde vos Episcopi, divina repleti gratia, multo melius hoc deligendum negotium transigeris. Item: Est vobis, upore facris & divinis literis institutus, exploratè cognitum, qualis habeat esse is, qui sit ad Episcopatum gerendum delectus: & quod necesse sit, quum ad Episcopatum gerendum delectus, verum etiam praclara vivendi ratione moderari, & se cuspide virtutis exemplar ei praebere, sineque disciplina rectam vitae morum institutionem testem habere. Quare hominem ita instructum in sede & gradu Episcopali jam collocaite, ut & nos, a quibus hoc gubernatur Imperium, ei verè & ex animo capita inclinemus, & illius reprehensionem (nam cum sumus homines, errore labi necesse est) velut medicinam animorum cupidè amplectemur. Theod. l. 4. Eccles. hist. cap. 5. Beyerlinck in Apoph. Christian.

Fuit Sifinnius Novat. Episcopus eruditio, ac dicendi lepore summus, qui cum Acacium Episcopum inviseret, quidam scilicet, cum veste Episcopi inducta uteretur; & ubi nunc scriptum reperisset, presbyterum alba veste uti posse? Cui ille? Tu, inquit, mihi dicito, ubi nunc scriptum sit, Episcopum nigra uti debere; & adiecit: Salomon non cohortatus est: Sint tibi vestimenta alba: Et Salvator noster eadem etiam usus, & in ea Moyses & Eliam Apofloli exhibuit. Ex Socr. l. 6. lib. 16. Eccles. c. 20. Idem ibid.

Cum Episcopus Joannes eundem Sifinnium argueret, ac diceret, unam civitatem non posse duos Episcopos habere, respondit Sifinnius: Nec habet. Cumque Joannes responsum agere ferret, diceretque: Video iugare, quod solus vis esse Episcopus: tum Sifinnius: Neque hoc dico, inquit, sed quod apud te solum non sum Episcopus, qui alius tamen sum Episcopus. Joannes responso graviter commotus: At ego, inquit, respondit Sifinnius: At ego, inquit, tum tibi mercedem dabo, si me tanto onere liberaveris. Quo responso Joannes miratus: At ego, inquit, minime a concionando te reprimam, si te illud munus afficiat molestia. Socr. l. 6. lib. 16. c. 20.

SYNESTUS Sacerdotem, inquit, oportet esse virum divinum, & ad ludum omnem perinde atque Deum difficilem & durum: qui ut propositum institutumque suum teneat, innumeros in se plurimorum conversos habet oculos; ad quos nulla aut certe exigua pervenit utilitas, nisi aliquis probe instructus & cordatus sit, ac ab omni voluptate pravositas, seu animi suavitatis alienus. Rem divinam faciens, non privatim solus esse potest, sed in communi conventu inter plurimos versatur, cum legis doctor sit; nec aliud, quam quod legitimum sit, sonare debeat, &c. & statim: Quotiescunque de me quisquam rogat, differis verbis statim dico, Sacerdotem in rebus omnibus maxime a probis debere esse alienum, quippe qui aliorum quoque sordes expicit. Niceph. Eccles. hist. l. 14. c. 55.

Aur nullum esse, aut rarum Episcopum, qui omnia ad tantum Ordinem requisita habeat, auctor est lib. 1. adversus Pelag. Hier. Episcopus nihilominus, quod paternam suorum curam gerant, vel saltem, ut id agant, debent incumbere debeant, patres appellabatur S. Julianus: percontanti namque praefecto, num Episcopi illi, quos secum aggregaverat, ejusdem discipuli effecti essent? Respondit: Discipuli non sunt, sed praeter ipsos enim veram nativitatem suscepimus. Non existimabatur itaque indignum, cum his patribus ad veram patriam preparare. Sur. tom. 1. in vita.

S. AMBROSIO Calligonus, qui Valentianino erat a cubiculo, insultabat saepius, rogabatque: Tu me vivo contemnis Valen-

Alentinianum? caput tibi auferam & vitam. At ille verus pastor suo gregi invigilans: Urinam, ajebat, impleas, quod minaris. Ego lubens patiar quod Episcopi: tu facies quod spado-nis Episcoporum; quippe adversa quaevis perpeti volo potius, quam commissio gregi unquam paterna sollicitudine, saltem in iis quae necessaria sunt, deesse. Ex Ambr. Epist. 33. Beyerlinck in Apoph.

Idem S. Ambrosius Mediolani Symium venerat anno factus 379. ad Ananimum Episcopum Catholicum consecrandum. Ibi Justina Valentianiana Imp. mater Ariana, odium suum adversus Ambrosium acrem Arianorum hostem effudit: siquidem convocata populi multitudine, ipsum Ecclesiam deturbare contendit. Cujus auctoritate fulta virgo Ariana, facinus inaudite audacia perpetravit. Nam Ambrosium in tribunal progressum, prehensa velle ad mulierem partem traducere iussit, ut ab iis caesus de Ecclesia pelleretur; cui ille dixit: Etsi ego indignus tanto sacerdotio sum, tibi tamen non convenit manum sacerdoti injicere: quare debes Dei iudicium extimefacere, ne quid tibi adversi contingat. Quod dictum trillis eventus proxime est consecutus: nam postmodum virgo vitam amisit. Sign. lib. 8. hist. de Imp. eccid.

SAMOSATENSES Christiani cum Antiochum Eusebii Orthodoxi successorem gentem, & ad sacram mensam deduxissent, cogessentque opus flectere; simul ac ille conversus vidit Jo-vianum Arianum Episcopum dexteram sibi imponentem, manum ejus repulit, imperavitque, ut a numero eorum, qui ipsum consecrarent, sequestraretur: dixitque, se nullo modo posse ferre dexteram illam sibi imponi, quae sacra mysteria per blasphemiam consecrata receperat. Theodoret. Eccles. hist. lib. 4. cap. 14.

Monachus quidam nomine MOYSES, Saracenorum Episcopus designatus, quum Lucium Arianum sibi manum imponere velle videret: Absit, inquit, ut tua manus me coniceret; nam tua invocatio Spiritus sancti gratia in neminem descendet. Cui Lucius, Unde ista conicis? Non conicis, inquit, sed certo equidem scio: Etenim pugnas contra Apoflolicam doctrinam, & contrarium ipse doces: atque cum verbis blasphemiae impia facta conjungis, &c. Theodoretus Eccles. hist. lib. 4. cap. 21.

Venerat Atticus Episc. Constantinop. consecraturus Episcopum in Nicaeam. Ubi cum Aesclepiadem Antistitem reperisset aetate maturum, quum in Episcopatu annos transgressisset, inquit: eoque dicente, Quinquaginta: Felix homo es, inquit, tanto tempore boni operis curam agens. Alludebat ad illud Apofloli: Qui Episcopatum desiderat, bonum opus desiderat. Tripart. lib. 12. cap. 11. Idem ibidem.

Verum Episcopalis muneris dignitatem primum inter Christianos Principes CONSTANTINUS Magnus agnovit, quem ita ad Episcopos locutum commemorat Eusebius: Ego communis quidem Episcopus sum, sed vos eorum quae in Ecclesia, ego verò eorum quae extra eam sunt, a Deo constitutus Episcopus, seu speculator & superintendens, videor. Quam etiam distinctionem in Regum coronatione ipsi Reges ab Ecclesia accipiunt. Ita enim, dum a Pontifice inunguntur, ad eos dicitur: Accipite coronam regni tui, quam sanctitatis gloriam & honorem, & opus fortitudinis intelligas significare: & per hanc te participem nostri ministerii non ignores: ut sciat nos in interioribus pastores, & animarum rectores intelligamus: ita & tu contra omnes adversitates Ecclesiae Christi defensor exstas. Ita Pont. Rom. Euseb. de vit. Const. l. 4. c. 24.

Quid verò Christianus II. Archiepisc. Mogunt. Rogabat eum Gallienus Imperator: sibi consilio suo in militari negotio subvenire; ad quem Christianum non nomine dumtaxat sed reipia, Episcopi, inquit, debet docere verbum Dei, non pigrare: Christus namque Petro mandavit, enim colaberet. Ex Breyf. in Episc. Germaniae, Beyerlinck supra.

Erat in Granatenfisi regno Archiepiscopus, vir unice in egeno munificus ac liberalis: quorum etiam familiarum domoque visitabat interdum. Rogatus itaque a Ferdinando de Talavera, cur, cum esset Archiepiscopus, in tantum se deieceret, ut etiam ad populares casus se conserret, praeter decorem illius status? respondit: Tu, crede, si fiores Episcopus, amplius admirareis quae non facio & debere facere, quam ea quae nunc praefo. Ex Foresta ibidem.

Quapropter celebrandus S. Ludovici Episc. Tholosanus, qui dum ex longa hujus mundi navigatione in salutis aeternae portum volens libenter properaret, memor occupationum quibus in Episcopali munere fuerat irretitus: Vero verius est, L. B. T. bear. via a Human. Tom. 111.

inquietat, Episcopalem dignitatem non tam grandis esse no-men honoris, quam oneris. In via ejusdem impressa apud Moreum, cap. 18. Beyerlinck supra.

Atticus Episcopus Constantinopol. cum Aesclepiadem Antistitem reperisset aetate maturum, quum in Episcopatu annos transgressisset, inquit: Quo respondeat, Quinquaginta: Felix homo es, inquit, tanto tempore boni operis curam gerens. Hist. Tripart. l. 12. cap. 11.

\* Pleraque ex loco de Concione huc transfer. EPISCOPORUM VISITATIO.

Vide Locum proprium de VISITATIONE.

\* DE NOMINE ET OFFICIO ARCHIEPISCOPI, ET SUFFRAGANEI.

Olim qui alicujus Provinciae Civitati primariae, quam Metropolitam appellamus, cum potestate praerant, Metropolitae, eò quod toti alicui Provinciae praesent, dicebantur. Postea Archiepiscopi appellati, quod nemp aliis minoribus dignitate & jurisdictione praecellerent. Ita Adrianus Papa in collect. Canon. ad Episc. Meaiomatricum: Qui, ait, in metropoli sedet: aut Metropolitanus, aut Archiepiscopus vocetur.

In Ecclesia Orientali videntur Metropolitanam Archiepiscopis dignitate potiores. Quia Patriarchae Constantinopolitano leguntur subiectae fuisse xxxi. Metropoles, & xxxvii. Archiepiscopatus. Caeterum non satis constat, an Archiepiscopi illi habuerint suffraganeos sibi subditos. Imò magis certum, non habuisse.

Suffraganei verò hoc nomen sortiti videntur, vel quod Archiepiscopi suffragio consecrarentur, imò quibusdam locis designentur; vel quod ab eo ad Synodum Provinciale vocati jus suffragii habeant.

Intet Metropolitanos five Archiepiscopos, quidam sunt Primates, qui olim Catholici, quasi universales, & Patriarchae dicebantur. Suintque illi, qui ab Apostolica Sede, ad quam spectat Provincias & Dioceses definitae, Primatus dignitatem supra aliarum Provinciarum Episcopos, obtinuerunt. Ita S. Norbertus Ordinis Praemonstratensis fundator, Archiepiscopus Magdeburgensis, ab Innocentio II. Papa, & Lothario Imp. primatus Germaniae titulum Ecclesiae suae impetravit, anno M. C. xxxv.

In Hispania, Archiepiscopus Toletanus jus atque primatum auctoritatem obtinet. Vide Marianum lib. 9. cap. 19.

In Gallia, Lugdunensis Episcopus quatuor Provinciarum primus est. In Belgio, Archiepiscopus Mechliniensis primatus honore praefulget: In Anglia, Cantuariensis: In Scotia, S. Andreas: In Hybernia, Armachanus: In Polonia, Gnesnensis: In Hungaria, Strigoniensis: In Bohemia, Pragensis: In Dania, Ludensis: alii aliis locis. Legatur de his Notitia Episcopatum Christiani orbis per Aubert. Miraeum Canonice. Antwerp. nuper edita, cujus sedulitate & opera hic usi sumus; lib. 1. cap. 22. Paulò tamen aliter de his scripsit Rupertus Abbas Tuitiensis, lib. 1. de div. off. cap. 27.

\* HORUM INSIGNIA.

Archiepiscopi praefertur Crux, quandocunque divinum officium faciunt. Et notavit ex Mariana Aubertus Miraeus supra, Archiepiscopus Toletanus, tanquam Hispania Primatem, sublimem tota Hispania Crucem praese ferti jubere.

Aliud insuper insigne dignitatis Archiepiscopalis, ut Paschasius II. loquitur, est Pallium, quod Graecis italem Pontificalem dicunt. Eoque utuntur Pontifex, Patriarchae, Primates, Metropolitanam. Pauci tamen ex singulari privilegio Episcopi Pallio utuntur. In Italia Ostiensis, qui Romanum Pontificem consecrat; Lucensis; & Papiensis: in Gallia, Dolensis: in Germania, Bambergensis.

Pallium autem Archiepiscopis, uti & Crucem, Clemens primus induisse fertur. Marcus tamen Pontifex Ostiensis Episcopo etiam pallium donavit, eò quod is Romanum Pontificem consecretaret. Ita Polydor. vi. 4. c. 12. de Invention. rerum.

Est autem Pallium circulus tres digitos aut circiter latus, ex subtili & candida lana, ex quo binae fideia, una ante pectus, altera a tergo propendunt: quatuor nigris crucibus insignitur, eoque utuntur Archiep. & alii, loco Rationalis veteris, & laminae Pontificiae. Videatur Cap. nisi Extr. de usu & autoritate Pallii. Notandum autem, non posse pallium alicui accommodari; imò debet cum eo sepeliri qui illud deserit. C. ad hoc, c. ex ruarum extra de auctor. & usu Pallii. Legatur Barholomeus Cassianus in Catal. gloriae mundi, considerat. 26. p. 4. & supra caeteros, Joannes Azorius summa Instit. moral. lib. 3. p. 2. c. 34.



\* EPISCOPORUM INDUMENTA

PONTIFICATA.

De Pontifice veteris Testamenti episcopi habitu, dicentur plerique in loco de Sacrificiis veteris Legis; & nonnulla de Pontificalibus indumentis huius loco opportuna, ibidem ubi de Sacrificio novo legis agitur, adjecta sunt. Quia tamen huius loco propria videntur, pauca in eundem huius Argumenti reperiuntur.

Igitur Pontificalia Episcoporum indumenta sunt, Mitra bicornis, sive Cidaris, Dalmatica, Crux Pectoralis, Chirotheca, Annulus, & Baculus. De Annulo dicit Rupertus Abbas lib. 1. de divinis, off. significari per eum dona Spiritus sancti, quibus ornatus in Ecclesiam descendit. Vel dum Episcopus omni Ecclesiam doctrinam & fidem integram predicat, vel ut oppugnetur annulo sponfam Christo subarrhat. Ita Rupertus 6. 25. Baculum autem quem Pedum dicunt, est velut sceptrum Pastoris, quo & gregem dirigit, & dyabolum calcitet. Designat enim iustitiam & aequitatem, ac potestatem. Videatur Bartholom. Chassenensium 1. p. Catal. gloria mundi, conclus. 5. & 6. per totam.

Certe in consecratione Episcoporum, dum eis Mitra imponitur, dicit Consecrator: Imponimus capiti huius Antistitis & agonistae tui Domine, galeam munitionis & salutis, quatenus decorata facie, & armato capite cornibus ut in quo Testamento, terribilis appareat adversariis veritatis, &c.

Ad Chirothecas vero, dum consecrandum eis induit, dicit: Circunda, Domine, manus ministri tui munditia novi hominis qui de caelo descendit, ut quemadmodum Jacob dilectus meus pelliculis hedorum operis manibus patenam impetravit benedicti ionem, oblato patri cibo, potaque gratissimo: sic & iste oblata per manus tuae hostia salutaris, gratiae tuae benedictionem consequatur.

Dum vero Baculum tradit, eidem consecrator praecipit, ut sit in corrigendis vitis pie vivens, iudicium sine ira tenens. Annulum autem imponens, ait: Accipe annulum, fidei scilicet signaculum; quatenus sponfam Dei Ecclesiam inemendata fide custodias.

Denique librum Evangeliorum ei tradit tangendum, mandans, ut eo accepto vadat, & praedicet populo sibi commissio.

Vide nonnulla in loco de Sacerdote.

\* AN AMBIENDUS, AUT DESIDERANDUS EPISCOPATUS.

Sunt qui Episcopatum numeris dignitate, omnibus quibus potest modis ambiendum existimant, verbis Apostoli ad Timotheum permittit, Qui Episcopatum desiderat, bonum opus desiderat: qui etiam eum sermonem appellat fidelem, id est, certum & verissimum. Cap. 3. Epist. 1. ad Timotheum.

Verum qui Apostoli scopum expendit, longe altam fuisse illius mentem percipiet. Dicit enim, Episcopatum esse bonum opus, nomen scilicet operis, non honoris; ut superiori Titulo, ubi de Functione Episcoporum egimus, indicavimus: cum Episcopi sit docere, praesidere, pascere, intendere omnibus. Unde S. Hier. Epist. 83. ad Ocean. Si quis Episcopatum desiderat, inquit, bonum opus desiderat; opus, non dignitatem; laborem, non delicias: opus per quod humilitate delectat, non superbiat fastigio. Unde Augustinus inquit, non esse Episcopum qui magis elegit praeside, quam prodesse: ac indecenter ob id appeti, nisi ad eum a Deo vel ab Ecclesia voceris; quomodo Timotheus per prophetiam vocatus Dicitur 1. 1. 2. 8. & nonnullas huius rei historias trademus infra.

Adde, quod opus illud Episcopale vocetur bonum, Graece καλόν, id est praclarum & arduum. Hic namque verissimum est adagium, δύσκολα τὰ καλά, difficilia quae pulchra. Vult ergo Apostolus indicare, munus Episcopale esse praclarum & excelsum, ut omnes illud serio apprehendant, illicque intendant. Ideoque statim subiicit conditiones requisitas, ut officio suo debite persurgantur; oportet enim Episcopum esse irreprehensibilem, &c.

Erit videtur, tempore primitivae Ecclesiae laudabile fuisse desiderare Episcopatum, quando is erat gradus ad martyrium; sicut enim primi Pontifices & Episcopi primos se & duces praebant fidelibus ad fidei agonem & martyrium, ac ad illud frequenter a Deo excitabantur: modo tamen mucrone persequendum reconditio, & Episcopatus amplissimis proventibus ac dignitatibus fastigio decoratis, ambitione periculosa per se persequuntur, & desiderantur, cum sit magna superbia de se praesumere, quod sit in statu Christianae perfectionis,

qualis in Episcopo requiritur. Quod utinam plerique expendere: non tam prompte se ingererent contra verbum magnam, & aularum se negotiis intricarent; ut favoris autem aliquum, obsequiosa & servili simulatione apud Principes, penes quos nunc plerumque denominatio ad hoc fastigium, consequuntur. Quod fit, ut nonnullam alioquin Ecclesiae clamum teneant, qui remos ducere nesciunt; & Nauderi fungantur munere, qui Episcopi accesserit paulo ante indicant.

Unde in Ecclesiis illorum nihil praeter turbas, dissidia, novitates, & dominationes in clericis, quas tam solent veteri Apollolus; contentiones, factum, animositates magna plerumque animositate suffultas, pietatis & religionis extremum, denique sexcenta alia incommoda reperire est. Indignum sacerdotio pronuntiavit Imp. Leo, qui invitus non fuit ordinatus. Idem rectissime sanxit, Non pretio, sed precibus ordinetur Antistes. Tantum ab ambitu debet esse sepositus, ut queratur cogendus, rogatus recedat, invitatus effugiat, sola illi suffragetur necessitas excludendi: Ita Leo Imp. sub annum Domini 469. h. 21. Cod. de Episc. & Cler. Vide S. Thomam 2. 2. q. 185. art. 1.

EXEMPLA HISTORICA

Illorum qui Episcopatum repudiaverunt.

Ad dignitatis Episcopalis fugam satis esse potest Epistram Syri exemplum, quod a Socrone lib. 2. hist. cap. 25. narratur his verbis: Quodam tempore quidam ead Episcopatum gerendum suffragati, comprehendere hominem conantur, ut ad locum, in quo crearetur Episcopus, deducerent, Quod simul ut intellexit, in forum cursit: atque in composito incidendo, vestem lacrando, & cibum palam capiendo, se furem monstrat. Ubi vero huius qui eum comprehendebant, illum e mentis profectate exivisse arbitrantur, & appetitio, qua ad eum constituendum Episcopum ferebantur, restitenda esset, ille idoneum tempus nactus, clam auferit, & tantisper latitavit, ut alter eius loco creatus esset Episcopus.

Hierapoleos Episcopus vitam definitio, civis (ut accepi) elegerunt Ecclesiae suae. Antistitem Nilamnonem, virum bonum & qui ad monasticam vitam fastigium conscendisset: is habitabat ante civitatem in domuncula, in qua se ipse concluserat, janua lapideis obstrata, eo proposito, ut sacerdotium adverteretur. Theophilus itaque Episcopus Alexandrinus ve niens, horum ab ut ordinacione a se oblatam acciperet. Apud quem ille quamvis frequenter se exultans, nihil obtinuit. Tandem instanti: Cras, inquit, ita facias, si placet, o Pater, ut ego hodie res meas ante disponam. At cum Theophilus postredie ex condito venisset, atque eum fores aperire iussisset, Age vero (inquit Nilamnon) oremus primum. Quo laudato, Theophilus quidem oravit, sed Nilamnon inter orandum hanc vitam reliquit. Hoc autem & Theophilus primum, & is etiam, qui cum illo foris stabant, ignotum erat. Verum cum paulatim treretur dies, quia saepe non intentus vocantes non audiret, deiecit qui ad januam erant lapidibus, repererunt hominem mortuum. Involutum igitur quibus oportebat, publica sepultura dignati sunt; ac templum etiam supra illius sepulchrum indigne construxerunt, & summa cum solemnitate adhuc diem mortis eius celebrant. At Nilamnon quidem ad hunc modum mortuus est; si tamen mortem dicere oportet, quem ille subire maluit, quam Episcopatum suscipere, quo se indignum esse ob ingenit modestiam sensit. Idem lib. hist. 6. 19. Baron. 1. 5. an. 403.

Quum Ammonius ad Episcopalem consecrationem adductus esset, & ad eos mola, qui illum ejus rei gratia conveherent, dixisset, neque tamen eis, quod volebat, persuadisset, Hic amputata sibi auricula dextra: qua nunc dentium, inquit, abite, quandoquidem deinceps mentem volentem Ecclesiae constitutioni non recepit Sacerdotem namque: integrum atque immutatum esse oportet. Atque ubi qui ex praecipuis ad ipsum missi erant, ab eo discederent, & a Iudeis quidem talia observari & magnificari, Ecclesiam autem Dei parvipendere, si modo animo & moribus salvus, commodumque sit Episcopus, inter se dicerent: ad eum reversi, comprehendere tentarunt. Ibi ille, si vim ei inferre pergerent, linguam quoque sibi recitaturum esse, adjuravit. Quibus nimis illi perperis, in loco suo virum magnam reliquerunt. Et ex eo tempore Ammonius vocatus, quasi aure carentem dicas, cognominatus est. Niceph. 1. 1. c. 37. Soer. 1. 4. cap. 23.

De Goare item magno Dei famulo ita scriptum est: Cum a Siegherto Rege ad Trevirensium Episcopatum vocaretur, postquam recusando nihil se proficere vidit, tringinta dieum inducias postulavit; quos in perpetuis precibus confimens hoc a Domino impetravit, ut insanabili morbo corripere.

Quo

Quo factum est, ut reliquum vitae lectulo affixus peregerit: idque ille pro magno videlicet beneficio acceperit. Dawoulus in Cath. hist. ex Surio, tom. 3.

B. Fulgentius, cum audisset, Catholicos in Ecclesiis omnibus pastore orbatos, adversus Trajanum dicitum Episcopos insinulare decrevisse, fugit ex monasterio, tamque diu latuit, multis populis ipsam inquitentibus, donec ab uno conficio admonitus est, omnibus Ecclesiis iam esse prospectum. Verum ubi ad coenobium reveritus est, universa Ruspensis multitudo, quae casti quodam adhuc Praefule carebat, eum invadunt, rapiunt, & Pontificem esse non rogant, sed cogunt. Is vero, in illa sua molestia, hoc primum a Ruspensibus beneficii loco postulavit, ut monasterium edificaret, in quo deinde ita Felici Abbati subiectus vixit, ut quisvis e grege, cum in iis, quae ad domesticam disciplinam spectarent, ex illius ductu, atque obedientia plane penderet; & tamen interea de pastoralis cura in populo regendo, assidue paciscendo, nihil remitteret. Platus lib. 1. de bono statu Relig. cap. 38.

Antoninus quoque, cum Florentinam Ecclesiam sibi ab Eugenio IV. mandatum cognovisset, ex ipso itinere Neapolitano, in quo tunc erat, fugam meditatus est in insulas nescio quas. Idque jam ceperat, cum a propinquis Senas retractus, ibi literis, obsecrationibus, deprecationibus etiam adhibitis, omnem movit lapidem, ut evaderet; donec Pontifex penes subfostomachans, anathema etiam comminatus est. Tunc vero concilio aliquot doctorum hominum advocato, cum omnes ita sensissent, non ei licere diutius salva conscientia recitari, in faciem praecidens, multumque illicerymans, pastoralis sarcinae humeros subiecit; quum tamen ita suscepit, ut religiosam non obiceret. Nam neque de vestim, neque de victu quippiam mutavit; suamque domum quasi monasterium insinuit, in qua & culinam saepe adire, oblas purgare, & alia id genus familiaria ministeria saepe obire, mos ei erat, quo iis, quasi solatis, pontificis molestias temperaret. Idem ibid.

Hic minime pertranseundum exemplum, quod sancto quodam mihi referente sene in eremo, ex veritate didici. Cum Juvenis quidam sancto proposito & vita, electus foret ad Episcopale fastigium, quo gravius periculoque nequialud cogitaret; patrum suum quemdam, virum iustive sanctum, & prophetiae spiritum plenum, eremi in cella, ut eum ex hoc consuleret, adiu non incautus. Audita itaque narratione nepotis, vir sanctus non verbis, sed signis potius percontanti respondit: & ne contra Apostolum, qui desiderantem Episcopatum in bono opere laudat, contra iret, dissuadendo, & ne juvenem periculo exponeret, susuadendo. Jussit itaque senex quadrum discum a terra vehementer pedibus elevatum revolvere semetipsum, & quater per quatuor dici latera lupinum revolvere semetipsum, & quater per horam casus: sique casu imminente, si altera succederet revolutio, mandavit, ut extra summam disci adhuc se volveret iterato. Cui cum nepos se non posse, ex timore casus, responderet, illico eum tecit descendere, & per quandam latam planitiem diutius volutare. Cumque ex multitudine volutationum, utriusque fastidii eveniret: Surge (inquit senex) & perge quod vis, facio quod tibi securus cernitur. Dedicatus namque juvenis abscissit, & alteri sancto seni, patri deliramentum putans, factum retulit; a quo de periculo praeremissionis elochus, electioni renunciavit, ut teneret quod est tutum. Qui post modicum felici obitu ex saeculo exiit, hilaris & jucundus apparuit patri: Gratias, inquit, pater, tibi refero ex diffinitione Episcopatus: nam scito, quia nunc essem de numero damnatorum, si fuisset de numero Episcoporum. Hieron. de reg. Monachor. cap. 15. tom. 4.

De Canonico quodam S. Victoris Parisiis, spectate probitatis & doctinae, memorat ex lib. 1. exempl. memor. ab Thoma Cantipratenfis, Cornelius a Lapide, comment. in Epistol. 1. ad Timoth. c. 3. quod cum in vita postulans ad Episcopatum, concito eum respulisset, post mortem beatus apparuerit, amicum eundem, qui idipsum a moriente effugaverat; rogatuque ponderis, dicens: Quod semper in vita timui, nunc scio: scilicet, quod si Episcopatus cathedram ascendissem, in damnationem perpetua periculum incidissem.

Ventura quidem sunt haec, sed novum est & recens, quod subiungo. Vidua erat Antverpiensis Cathedra Praefule, quando Alberti Principis iussuque illi destinatus Joannes Mirus, pastor in urbe Bruxellensi. Super hic primum ad insolitam dignitatem, & mox vereri, ne onus humeris impar L. B. T. beat. vita Human. Tom. 111.

acciperet. Itaque tenuit: instantique Principi, imo & Pontifici Romano, aliisque, diu, ac integrum penes biennium restitit. Donec tandem invitatus eam accepit, invit, & octo penes annos summa cum laude administravit. Laur. Beyerlinck, Anno Christi 1610. in opere Chronographico.

De Malachia Hiberniae Episcopo tradit Surius tom. 6. in vita, quod vocatus ad onus Archiepiscopale, omnibus, quibus ponit, modis illud a se rejecit. Anathema autem, ni pareret, minitantibus, respondit: Ad mortem me ducitis: sed obedio spe martyrii. Tom. 6. in vita.

Plura huc referri poterunt ex Catalogo Episcoporum, quos ad finem huius Locum coronidis loco subieciemus. Item ex loco de Honore, Magistratu, Humilitate.

\* EPISCOPATUM AMBIENTUM POENA.

Sergio Archiepiscopo civitatis Ravennatum est vivis erepto, continuo surgens Michael Scripturarius ipsius Ecclesiae, qui nullo Sacerdotali fungebatur honore, profectus est Ariminum ad Mauritium Ducem Ariminensem; & congregans inde nefandissimum Mauritium exercitum, una cum consilio Desiderii Longobardorum Regis, proparavit & ingressus est Ravennam, & brachio forti elegit ipsum Michaellem, & in Episcopum Ravennatis Ecclesiae introduxit; & Leonem Archidiaconum, qui electus erat in Archiepiscopatus ordinem, Ariminum deportantes, ibidem archa custodia mancipatum, idem Mauritius detineri fecit. Tunc literas direxit quancocys praedictus Michael una cum Mauritio, & iudicibus Ravennatum, ad beatissimum Stephanum Pontificem, promittentes ei copiosa munera, ut ipsum Michaellem Archiepiscopum consecrare deberet. Ipse vero beatissimus Praeful per nullius donationis promissionem inclinans est, eundem Michaellem consecrare, assensens, nulla ratione hoc fieri posse, dum in sacerdotii honore minime ipse praedictus existeret Michael. Qui idem Stephanus Pontifex pluribus vicibus obtestationis & praedestinationis literas atque missos direxit, ut idem Michael ab injusto proposito recederet; sed nullo modo Apostolicis admonitionibus acquiescere voluit, danique plurima munera Desiderio Longobardorum Regi, & cimelia, & ornatus ipsius Ecclesiae, cum aliis speciebus, brachio forti per unius anni curriculum, & eo amplius, ipsius Ecclesiae Episcopatum invasum detinuit, denudans, atque in magnam paupertatem eum redigens. Sed dum nullo modo firmissimum mentis constantiam ipsius sanctissimi Pontificis flectere potuissent nequissimi constantiani ipsius Michaelis; dum Missi excellentissimi Caroli Regis Francorum, & Patricii Romanorum praesentialiter adessent, dirigens idem beatissimus Praeful tam suos Missos denud, quam praedictos Francorum Regum Missos, omnes Ravennanos admonendo: statim insurrexere super ipsum Michaellem, & eum cum opprobrio de ipso Episcopio projecerunt, quem vinculum huc Romam dirigentes, elegero Leonem Archidiaconum ipsius Ecclesiae Ravennatis in Archiepiscopatus honorem, & ab eodem sanctissimo Papa Stephano ordinatus & consecratus est. Ex Anastasio Bibliothecario, Baron. tom. 9. Annal. an. 769. num. 16.

Scribit Gregorius Turonensis de Sancto Sidonio, quod cum ad Officium Dominicum fuisset mancipatus, & sanctam ageret in saeculo vitam, surrexere contra eum duo Presbyteri, & ablata ei omni potestate, a rebus Ecclesiae arctum ei victum & tenuem relinquentes, ad summam eum contumeliam redere. Sed non longi temporis spatio multam eum injuriam divina voluit sustinere clementia: nam unus ex his nequissimis & indignis dici Presbyteris, cum ante noctem minatus fuisset, eum de Ecclesia velle extrahere, signum ad matutinas audiens fuisse commotum, fervens selle contra sanctum Dei surrexit, hoc iniquo corde explete cogitans, quod die praecedente cogitaverat & tractaverat. Ingressus autem in cellam suam, dum ventrem purgare nititur, spiritum exhalavit. Unde indubitatum est, non minoris criminis hunc reum fuisse, quam Arrium illum, cui similiter in secessu fuere interna deposita, per partes inferiores egesta: quia nec istud sine haereti prolepti accipi, ut in Ecclesia non obediatur Sacerdoti Dei, cui ad pasendum oves commissa sunt: & ille licet ingerat potestatis, cui neque a Deo, neque ab hominibus aliquid est commissum. Delinca beatus Sacerdos, uno adhuc manente nihilominus inimico, sive restituit potestati. Factum est autem post haec, ut accedente febre, agrotare inciperet, & tandem moreretur. Quo migrante Presbyter ille nequam, alter ex duobus, qui remanserat, protinus omnem facultatem Ecclesiae, tanquam si jam Episcopus esset, inhians

G 2



Ambians cupiditate preoccupat, dicens: Tandem respexit in me Deus, cognoscens me iustum esse. Sidonio, largitusque est mihi hanc potestatem. Cumque per totam urbem superbus ferretur, adveniente die Dominico, qui imminet post transitum sancti viri, preparato epulo, iussit cunctos cives in domo Ecclesie seniores, despectusque senioribus, primus recumbit in thoro. Cui cum pincerna, oblatu poculo, dixisset, sibi per somnum mandatum a Iudice cunctis potestate prastantiore, ut ipsi diceret, quod Sidonius ipsum accessit deprecatus esset ad respondendum cause sue; alioquin si taceret, morte pessima se moriturum: hanc eo loquente, exterritus presbyter, elapso de manu calice, reddidit spiritum. Tale iudicium super contumaces clericos Dominus in hunc prelatum mundum, ut unus Artii foret mortem, alius tanquam Simon Magus, Apostoli sancti oratione, ab excelsa arce superbie preceps allideretur.

Memorable est quod de Stachyate Uladislai Regis Hungarorum fratre commemorat *Duisbravus in sua historia Bohemica*. Hic Adelbertus Archiepiscopus Pragensis, quod populum haberet contumacem, ultro resignabat Præfulatum. Verum ille velut indignabundus illius a se insignia oblata respuit, verum mox magno tuo infornio ambis. Ita evenit, Adelberto enim Romam profecto, fratre & consanguineis etiam urgentibus, ambitiosè inhiat illius insule *Stachyatus*, eamque consecutus, Res mira! Evocatur Moguninus Præful, qui Obone Imp. annuente eum consecraret, & ecce omnibus ad eam solemnitatem preparatis, dum se illi ante aram prosternit, a Demone cortipitur, & miserè omnibus videntibus frangulatur. *Duisbravus lib. 6. Historia.*

**ELECTIO AD EPISCOPATUM FACTA DIVINITUS.**

De Ambrosio, qui Iconii Ecclesie præsul, permulta sunt consideranda & memoria digna. Fuit enim senex simplex, in quo doctrina & vita ex æquo inter se ita certarent, ut aliquot etiam ediderit libros. Sed enim divina gratia aliter res nostras dispensans, & ordinans, incredibili quodam modo miraculo naturæque captum excedens, atque novum in hoc viro exhibitum prodigium. Siquidem ad eum in solis locis philosophantem, propter excellentem & vitam & doctrinam ejus, Angelos Deus misit, qui mystica & arcana benedictione & Episcopali arrogatione, eum dignitati intellectuali modo consecraverunt. Ad hunc quoque non longo post tempore eligendum atque ordinandum in eum locum Episcopi convenere. At ubi ex eo cognoverunt, ab Angelis Dei consecrationem eum suscepisse, data de tam facta & divina gratia Deo gloria, ut Pontificem Dei & Evangelii præconem, fideique defensores, cum timore reverenter hominem admirare, & solita salutatione atque osculo ei impertire, ea que Episcopalis functionis sunt, administrare & exequi permittere. *Niceph. Callist. lib. 11. hist. Eccles. cap. 20.*

Anno redemptionis nostræ 238. post Anteri summi Pontificis mortem, ajunt, Fabianum unâ cum aliis ex agro Romanæ commiserit, ibique sua collocasse domicilia; ubi, divina & celesti gratia largiente, ad Cleri administrationem mirandum in modum evectus est. Nam cum omnes fratres, causa delicti ejus qui Episcopatum gereret, in Ecclesia convenissent, & multi de multis illustribus & præclaris viris ad illud minus obediendum idoneis cogitarent: quantum Fabianus, quantum forte præfatus erat, nemini in mentem venerat, deperenti tunc ei columbam è sublimi devolantem, que simulavit em Spiritus sancti, super Salvatore in specie columbe decesserentis, representare videbatur, ejus capiti infuditur memorem: ac propterea populum univertum pariter uno sacrati Spiritus infunditum commotum, magna cum alacritate, & uno animorum consensu, eum dignum eo dignitatis gradu acclamasse, & abique mora abreptum illum in sede Pontificia collocasse. *Euseb. lib. 6. hist. Eccles. cap. 22. apud Baron. tom. 2. an. 238.*

Mortuo ante annos quinquaginta Paulo IV. Præsule maximo, ex familia Caraffarum, cum in loco ejus alius creandus esset Pontifex Romanus, atque ea de causa jam inter se Cardinales in Conclave deliberarent: ecce super sedem Joannis Angeli Cardinalis Medicæ, qui postea Pius IV. dictus est columba circum liberè volans, tandem confidit. Quam rem haud aliter prudentes interpretati sunt, quam Ecclesie Primum illi portendi. *Ascan. Capric. in Annal. Ital.*

GREGORIUS Magnus ad summum Pontificatum jam eve-

ctus, cum litera Imperatoris de confirmatione electionis E Romanæ delata essent, fugam meditatur, infirmitatis sue conficius. Quia verò palam egeret portas civitatis non poterat, ad negotiatoribus exponendum se, dissimulato (ut ferretur) habitu, callidus impetravit; silvarum saltus experit, cavernarum latibula requisivit. In quibus, dum ab omnibus summa solitudine quæretur, iudicio columnæ fulgidæ super se jeter è caelo dependens agnoscitur, capitur, trahitur, & apud beati Petri Apostolorum Principis templum Pontifex consecratur. *Joan. Diacon. lib. 1. c. 44. in vita Greg. lib. 6. Ep. 4. ver. edit.*

Non prætereundum hic est, ut magnus ille Rhenensis Ecclesie Episcopus REMIGIUS, Francorum Apostolorum nominatus, defuncto ejusdem civitatis Episcopo Gennadio, immaturus ævo, moribus autem lenior, populi voce, provincialium Episcoporum consensu, divino cooperante suffragio, in Rhenem Episcopatum ex inferioris cleri militia assumptus fuerit, annum ætatis ægens vigesimum secundum. Res ita in rebus ab eo gestis describitur. Cum Remigius ad viginti & duos ætatis annos pervenit, defuncto Gennadio Archiepiscopo in hac urbe Rhenensi, omnium generaliter votis ad Pontificii honoris culmen rapus fuisse dignoscitur potius, quam electus. Fit ergo concursus populi, diversis quidem sexus & dignitatibus, necnon & ætatis; sed unus atque ejusdem sententiæ: cuncti hunc verè dignum, & qui populi præfati deberet, acclamabant. Vir autem beatissimus hinc angustius deprellus, nimis afflictaur angoribus; quia nec fuge locus ulquam patebat, nec populorum, ut intentione cepta respiceret, ullo modo satisficere poterat: Divinæ namque erat voluntatis, ut qui omnium saluti profuturus erat, omnium acclamationibus eligeretur, & qui unitati fidei cum jam fidelibus, & futuris fidelibus erat provisorius, unione cuncti populi ad sedem eveheretur sacerdotalis honoris. Sanctissimus autem vir cum his acclamationibus se urgeri conspiceret, de infirmitatis & ætatis sua tempore conqueri cepit; & quia Ecclesiasticus ordo infirmam ætatem ad hanc non reciperet dignitatem, voce publica fatebatur: timebat enim, ne immatura ætas, inani veritatis impugnat, aliquid contraheret sinistra. Sed divina gratia, & voces popularum constantissime in ejus fecit perdurare electione, & sanctum virum ab antiqui hostibus G

Accidit quiddam simile in Ecclesia Mediolanensi memoratum dignum. Mortuo namque Episcopo Auxentio, qui ab Arrianis fuerat ordinatus, Mediolanenses iterum propter electionem Episcopi turbabantur. Erat autem multa inter eos contentio, aliis unum eligere satagebant. Cum autem eam C ob rem orta effet seditio, veritus ejus Provincie Præfectus, consularem habens dignitatem, nomine Ambrosius, ne absurdum quid in civitate ex ea perturbatione fieret, ad Ecclesiam compellenda feditiois gratia occurrit. Cum autem in ipsius præsentia populus quiesceret, & ipse multis utilibus adhortationibus inconditis multitudinis impetus compesceret: subito fit omnium consensus, vociferanturque, Ambrosium dignum esse Episcopatum; illumque cuncti ordinari petunt: nam hoc solo pacto univertum fere populum, & fidei concordiam amplecturum. Quoniam igitur præsentibus tunc Episcopis consensus iste populū divinitus videbatur esse datus, abique ulla contestatione Ambrosium apprehendunt, & baptizatum (erat enim adhuc catechumenus) mox ad Episcopatum Sacerdotium provehant, licet detrectantem; & Valentiniano Imperatori, que gesta essent, significant. Imperator, cum populi consensum admittit, tum opus Dei, quod factum erat, agnoscens, significat Episcopos, ut Deo serviant, qui hunc ordinari jubet. Esse enim electionem: illius Dei magis quam hominum. Ad hanc itaque modum ordinato Ambrosio, Mediolanenses, qui antea divisi fuerant, propter ipsum ad unitatem redierunt. *Socr. hist. Eccl. l. 4. c. 30.*

Anno Christi Domini 1161. Legati sedis Apostolicæ in Angliam ad Eduardum Regem missi agunt, ut S. Vultanus Vigorniensis Ecclesie Episcopus eligeretur. Res verò gesta ita a Rogerio describitur: Coniugit namque eo tempore, & Legatos Apostolicæ sedis ejus electioni interesse, Armentredum scilicet Scudemensem Episcopum, & alium, qui a domino Papa Alexandro pro responsis Ecclesiasticis ad Regem Anglorum Eduardum missi, regio præcepto Vigornie per totam ferè Quadragesimam debebant, expectantes responsum suæ legationis usque ad curiam regalem proximi Palæstine. Hi videntes, dum ibi morantur, ejus laudabilem vitam, in ejus electionem non tantum consentiebant, imò tam Clerum, quam plebem maxime ad hanc infestabant, suaque auctoritate electionem firmabant. Illo verò oblitatissime remente, seque indignum acclamante, & cum Sacramento etiam affirmante, se multo libentius decollationi, quam tam alte ordinationi succumbere velle; cum sapè à viris religiosis super hoc conventus ad consentiendum minime persuaderi posset, tandem à viro Dei incluso Vullis, qui tunc plus quadraginta annis solitariam L. B. T. beati, vite Human. Tom. III.

A nales illum extulerant, variis ex causis, vel sublatos, vel bonis exutos. *Hieron. platus de digni. & offic. Card. cap. 31.*

Regnante JUSTINIANO Imperatore, servus Dei Menas, regie urbis Patriarcha, ad sanctiorum Patrum vitam migravit. Cujus obitus nuncio ad Christianissimum Imp. petato, multi certatim incredibili studio conabantur amicos Imperatoris promissis & munibus contempere, ut hominibus indignis Pontificatum deferret: sed qui omnia facit & mutat, quique scrutatur corda & renes Deus, cor Imperatoris ad virum dignum inclinavit. Itaque sancto Clero sacroque Senatu liberè consilium suum exposuit Christianæ religionis studiosissimus, & in congregandis sanctis Episcopis diligentissimus Imperator, affirmans, se de illo divinam visionem vidisse: Cum enim, inquit, in æde S. Petri Principis Apostolorum, in qua Senatus habebatur, me somnus complexus esset, in quiete vidi Principem Apostolorum mihi magnum Eurychium ostendentem, dicentemque: Fac, ut hic sit Episcopus. Hec cum ita se habere jurejurando affirmaret Imperator, omnes ipsius contentionem ac studium, quod divino quodam splendore vultus declarabat, conspicientes, uno animo, eademque mente, ante tempus conclamantur: Dignus est, dignus est. Cum igitur illi omnia ordine, & ex divinatorum Canonum præscripto contigissent, & tempus esset, ut sacramentum manuum impositione & initiatione consecraretur, pater & magister ipsorum advehit ad sanctum Altare, qui multos ad illud Sacerdotes atque Pontifices erant adducens, precibus, manu, & divinis ac venerandis oculis consecratur, sancto Spiritu iungitur: vel potius sanctificatus ipse vicissim præfentes omnes Pontifices sanctificat: ovis errantis tyrum super humeros tollit: in sedem sublimem ascendit: in solio sedet; atque Pastorum Principem Christum in celum revertentem imitatur: dicit enim populo univertum, Pax vobis: & ab omnibus illud vicissim accipit. *In vita Eurychii ab Eustachio scripta apud Met. & Surb. 6. April. Tom. 2.*

Accidit quiddam simile in Ecclesia Mediolanensi memoratum dignum. Mortuo namque Episcopo Auxentio, qui ab Arrianis fuerat ordinatus, Mediolanenses iterum propter electionem Episcopi turbabantur. Erat autem multa inter eos contentio, aliis unum eligere satagebant. Cum autem eam C ob rem orta effet seditio, veritus ejus Provincie Præfectus, consularem habens dignitatem, nomine Ambrosius, ne absurdum quid in civitate ex ea perturbatione fieret, ad Ecclesiam compellenda feditiois gratia occurrit. Cum autem in ipsius præsentia populus quiesceret, & ipse multis utilibus adhortationibus inconditis multitudinis impetus compesceret: subito fit omnium consensus, vociferanturque, Ambrosium dignum esse Episcopatum; illumque cuncti ordinari petunt: nam hoc solo pacto univertum fere populum, & fidei concordiam amplecturum. Quoniam igitur præsentibus tunc Episcopis consensus iste populū divinitus videbatur esse datus, abique ulla contestatione Ambrosium apprehendunt, & baptizatum (erat enim adhuc catechumenus) mox ad Episcopatum Sacerdotium provehant, licet detrectantem; & Valentiniano Imperatori, que gesta essent, significant. Imperator, cum populi consensum admittit, tum opus Dei, quod factum erat, agnoscens, significat Episcopos, ut Deo serviant, qui hunc ordinari jubet. Esse enim electionem: illius Dei magis quam hominum. Ad hanc itaque modum ordinato Ambrosio, Mediolanenses, qui antea divisi fuerant, propter ipsum ad unitatem redierunt. *Socr. hist. Eccl. l. 4. c. 30.*

Anno Christi Domini 1161. Legati sedis Apostolicæ in Angliam ad Eduardum Regem missi agunt, ut S. Vultanus Vigorniensis Ecclesie Episcopus eligeretur. Res verò gesta ita a Rogerio describitur: Coniugit namque eo tempore, & Legatos Apostolicæ sedis ejus electioni interesse, Armentredum scilicet Scudemensem Episcopum, & alium, qui a domino Papa Alexandro pro responsis Ecclesiasticis ad Regem Anglorum Eduardum missi, regio præcepto Vigornie per totam ferè Quadragesimam debebant, expectantes responsum suæ legationis usque ad curiam regalem proximi Palæstine. Hi videntes, dum ibi morantur, ejus laudabilem vitam, in ejus electionem non tantum consentiebant, imò tam Clerum, quam plebem maxime ad hanc infestabant, suaque auctoritate electionem firmabant. Illo verò oblitatissime remente, seque indignum acclamante, & cum Sacramento etiam affirmante, se multo libentius decollationi, quam tam alte ordinationi succumbere velle; cum sapè à viris religiosis super hoc conventus ad consentiendum minime persuaderi posset, tandem à viro Dei incluso Vullis, qui tunc plus quadraginta annis solitariam L. B. T. beati, vite Human. Tom. III.

vitam egisse noscebatur, acriter pro inobedientia & obstinatione correptus, divino etiam oraculo territus, consentire cum maximo cordis dolore compulsius est: & Episcopatum suscepto, Dominico die, quo sanctæ Mariæ Nativitas celebratur, consecratus, vita & virtutibus clarus, Vvigorniensis Ecclesie Præful esset. Consecratus est ab Adredo Eboracensi Archiepiscopo, eò quod Stigando Dorobernia Archiepiscopi officio Episcopali tunc à domino Papa interdictum erat, quia Roberto Archiepiscopo vivente, Archiepiscopatum sibi presumptus. *Ex hist. Anglic. Rogerii, Baron. tom. 11. ad ann. 1161. n. 72.*

Alexander Episcopus Alexandria, cum jam de vita decessurus esset, suum in Episcopatu successorem Athanasium reliquit, divina quadam impulsione, mea quidem sententia, ad ei suffragandum inductus: siquidem ferunt, illum, cum conatus fuerat fugere, invitum ab Alexandro ad Episcopatum illum capessendum compulsum fuisse. Cujus rei testis est Apollinaris Syrus, qui ita scribit: Neque postea à bello delitescere impit, sed uti in initio adversus beatum hujus viri magistrum arma sumpturam, & iste non aliter atque filius patri, ei advocatus aderat; ita post in hunc ipsum, ut primum in Episcopatum successisset, impetum fecerat. Qui tamen a fugerit, ne in illo gradu locaretur, divinitus tamen deus reperit est: quando quidem divinis quibusdam indicis præsignificatum fuerat beato illo viro, qui Episcopatum administraverat, non alium, quam hunc, ejus successorem fore. Nam cum ex hac vita vocaretur, effectusque jam morti victurus, Athanasium, qui neutiquam aderat, nominatim appellat. Atque ubi ejus gentilis, qui forte aderat, cum nomen illud audiret, respondisset, obicit ille, in solio eum non vocasset. Rursum vocat Athanasium: & quia sapius hoc fecisset ille alter Athanasius, qui aderat, deinceps silentio usus est. Siquidem ille, qui aberrat, significabatur. Quod etiam beatus ipse Alexander more Prophete aperte indicavit, cum diceret: Athanasius, putas te posse effugere, non tamen effugies. Quibus verbis ostendit, eum ad certamen vocatum esse. Hæc de Athanasio scribit Apollinaris. *Sozom. lib. 2. hist. cap. 6.*

**EPISCOPORUM HONOR.**

Episcopi honore affecti. CONSTANTINUS Imperator omni genere laudis florentissimus, qui non ab hominibus, neque per hominem, sed cœlesti à Deo, morte sancti Apostoli, ad illius muneris administrationem vocatus fuit, Dei ministros accrescere, cultu & observantia honorificè complecti, & tum re, tum verbis, tanquam viros Deo suo consecratos, humanitus excipere, & maxima benevolentia prosequi cepit. Quippe licet homines fuerint ipsius formæ habitus ac aspectu abjecti, ab eorum animis infidebat, considerare visus est, illos tunc mensæ fecit esse participes. Hos, quocumque iter capiebant, secum ducebat; atque ea de re, Deum, quem sanctè colebant, sibi credidit fore propitium. Inter leges quoque, quas ipse conscripsit, sancivit, ut ait *Theod. l. 1. c. 2.* deditque in mandatis Præfibus Christianis, quos gentibus ac provinciis præfecit, ut sacerdotibus honore afficerent: illis autem, qui eodem contumeliosè insectati aggrederebantur, exitium minas esse. *Euseb. Casarien. l. 1. de vita Const. c. 25.*

Anno Christi Redemptoris nostri 375. S. Martinus simul ac creatus est Turonensis Episcopus, ad Valentinianum Imperatorem se contulit: Quid verò apud eum egerit, Severus H narrat in hæc verba: Eodem ferme tempore, quo primum Episcopus datus est, fuit necessitas adire Comitatum. Valentinianus tum major rerum potiebatur. Is cum Martinum ea petere cognovisset, que præstare volebat, iussit, eum palatii foribus acceri. Etenim ad animum illum inimitem ac superbum uxor accesserat Ariana, que totum illum à sancto viro, ne ei debitam reverentiam præstaret, averterat. Itaque Martinus ubi semel atque iterum superbum Principem frustra adire tentavit, recurrit ad nota præfida: cilio obvolvitur, cinere conspergitur, cibo potaque abstinet, orationes diebus noctibusque perpetuat. Septimo verò die aditit ei Angelus, jubet eum ad palatium ire securum, regias fores quantumlibet clausas pontè referandas, Imperatoris spiritum superbum mollendum. Igitur istiusmodi præfatis Angeli confirmans alioquo, & cretus auxilio, palatium petit. Parent limina, nullus obstitit: postremò usque ad Regem, nemine prohibente, pervenit. Qui cum venientem eminè videret, infrensens, cur fuisset admittus, nequaquam assurgere dignatus est adstanti, donec regiam sellam ignis operiret, ipsamque regem ea parte corporis, qua G 3 sedet